Doctoꝛ egregie. O paule doctoꝛ (egregie) id eſt nobilis (inſtrue) id eſt compone noſtros moꝛes et (ſatage) id eſt laboꝛa (transferre nos mente poli) id eſt in celeſtibus (donec) .i. quouſqꝫ perfectum ſcꝫ ab vtraqꝫ parte .ſ. anima et coꝛpoꝛe (largiatur) id eſt tribuatur nobis in futuro (plenius) id eſt deꝰ largiatur illud plenius (euacuato) id eſt penitus dimiſſa .ſ. moꝛtalitate quam gerimus (ex parte) id eſt in hoc moꝛtali coꝛpoꝛe. quaſi in aliam partem hominis (verſa fuerit) id eſt in futuro gloꝛiabitur homo plenius et perfectius data ſibi immoꝛtalitate vtriuſqꝫ patris coꝛpoꝛis et anime.

Doctoꝛ egregie paule moꝛes inſtrue. et mente poli nos transferre ſatage. donec perfectum largiať plenius. euacuato quod ex parte gerimus O liue bine pietatis vnice fide deuotos ſpe robuſtos charitatis gemine poſt moꝛtem carnis impetrare viuere Sit trinitati ſempiťna gloꝛia honoꝛ poteſtas. atqꝫ iubilatio. in vnitate cui manet imperium. ⁊ tunc ⁊ modo per eterna ſecula Amen

Ibi chꝛiſte ſplēdoꝛ patris vita virtus coꝛdium in conſpectu angeloꝛum votis voce pſallimus alternantes concrepando melos damꝰ vocibꝰ

Tunc ibi. O liue bine (O liue bine pietatꝫ) .i. due oliue pietatis (vnice) id eſt indiuiſe (fidei) id ē vnius amoꝛis (impetrate) id eſt poſtulate a deo nos viuere deuotos et (robuſtos) .i. firmos ſpe maxime repletos fōte gemine charitatis ſcꝫ dilectōis dei et ꝓximi inpetrate inqꝫ̄ dico (poſt moꝛtē carnis) .i. ſepatione corpoꝛis et aīe. Tunc ibi. Sit trinitati (Sempiterna gloꝛia) .i. eterna gloꝛia ſit trinitati in tribus perſonis et honoꝛ ſit eis (atqꝫ iubilatio) id eſt laudatio ſit ei trinitati in vnitate. ſcꝫ in vno deo illa trinitas que eſt in vnꝰ deus manet (imperiuꝫ) id eſt exiſtit precepto (ex tunc) id eſt ab exoꝛdio mūdi ⁊ modo in pꝛeſenti (per eterna ſecula) id eſt per omuia tempoꝛa (amen) id eſt ſine defectu.

Ibi chriſte. In hoc hymno intēdit laudare dominum. intendit etiam in hoc commento ratione ſancti michaelis gratia vel amoꝛe ipſiꝰ archāgeli collaudare om̄es angelos ſed maxime michaelem qui eſt pꝛinceps militie rogat itaqꝫ ⁊ pꝛecatur vt omnes angeli nobis aſſiſtant et demones a nobis repellant et mundos coꝛde et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 101

corpore nos reddant.et hoc eſt O chriſte qui es ſplendor patris vita et virtus cordium. quia ſicut viuit corpus per animam per criſtum pſallimus tibi in cōſpectu angelorum votis ac precibus vel corde ore et voce et damus(melos) id ē melodias vocibus noſtris(concrepando) id eſt reſonando(alternantes) vocibus deuotis decantantes

¶ Tunc ibi. Collaudamus. Nos bene collaudamus (omnes milites) id eſt angelos celi ſed precipue primatem celeſtis exercit⁹ ſcilicet michaelem conterentem(zabulon) id eſt diabolū in v̄tute crucis. Michael interpretatur quies vt dicit quis eſt ita fortis vt deus noſter qui creauit nos ad laudandū nos ſe ſcilicet chriſtum. Per hoc nomen michael oſtenditur. ꝙ nullus poteſt facere quod deus facit ¶ Tunc ibi. Quo cuſtode. Quo cuſtode.ſcꝫ michaele o chriſte (pijſſime) id eſt fortiſſime (procul pelle) abice longe(omne nephas) id eſt omne peccatum (inimici) id eſt diaboli ⁊ redde nos ſola vel ſancta clementia (tuo paradyſo id eſt in requiem nos dico mundos factos corde et corpore id eſt tuoꝝ operum exhibitōe. Tūc ibi Gloriam patri Et quo cuſtodie.ſ. michaele ip̄e expellit a nobis om̄e nephas inimici et facit nos mundo corde ⁊ corpore ideo perſonem⁹ gloriam patri(melodijs) id eſt dulcedinis vel dulcibus melodijs vt ſit ablatiui caſus (canamus gloriam criſto) id eſt eius filio et canamus ſiīiter eadem qualitate(gloriam).i. laudem et honorē paraclito) id ē ſpiritui ſancto(qui extat) id eſt manet deus trinus in pſonis ⁊ vnus in vnitate ſubſtantie (ante ſecula).i. ante omnia ſecula. Amen.i. fiat

Collaudamus venerantes omne celi milites ſed precipue primatem celeſtis exercitus michaelez in virtute conterentem zabulon Quo cuſtode procul pelle chriſte pijſſime omne nephas inimici mundo corde ⁊ corpore paradyſo redde tuo nos ſola clementia Gloriam patris melodis perſonemus vocibus gloriam chriſto canamus gloriā paclito. qui trin⁹ et vn⁹ deus extat ante ſecula

Chriſte ſanctorum decus angelorum rector humani generis et autor nobis eternum tribue benignus ſcandere celum

Hriſte ſanctoꝝ O chriſte ſanctoꝝ decus.angeloꝝ ſcōꝝ dico ad dn̄am malorum ¶ Et nota ꝙ autor facit hic inuocationē ad ſingulos angelos rector es humani gn̄is et autor tu beni-

gnus tribue nobis ſcandere.i.aſcendere(celum) id eſt regnum eternum ¶ Tunc ibi. Angelum pacis (Rogitamus mittas celitus) id eſt de celo dirigas (ad iſtam aulam) id eſt eccleſiam (michaelem angelum pacis) qui nos placat deo quotiens magna nunciant̃ nobis a deo mi- chael mittitur quâdo vero maiora gabriel mittitur. vt marie ⁊ zacharie

Angelum pacis michael ad iſtam ce litus mittas rogitamus aulam. nobis vt crebo veniente creſcant. proſpera cuncta: Angelus fortis gabriel vt ho ſtem pellat antiquum volitat ab alto. ſepius templum veniens in iſtud no- ſtri miſertus Angelum nobis medi cum ſalutis. mitte de celo raphael vt omnes ſanet egrotos pariter qꝫ noſ- tros dirigat actus. Hinc dei noſtri genitrix maria totꝰ ⁊ nobis chorꝰ an- gelorum ſemper aſſiſtat ſimul et bea- ta contio tota Preſtet hoc nobis dei tas beata patris ac nati pariterqꝫ ſan cti: ſpiritus cuius reboat in omni glo ria mundo Amen.

quando ad medelam ra phael mittitur. vt tho- bie raphael interpreta- tur medicina ad hoc er- go mittatur. (vt cuncta proſpera creſcant venien te) michaele angelo dei (crebro) id ē frequenter. Tunc ibi. Angelus for- tis. (Gabriel) interpreta tur (fortis angelus). id ē fortitudo dei. per quem intelligitur ꝙ fortis fuit et potens ad deuincen- dum fortitudinem dya- boli per virtutem ſancte crucis. et gabriel fortis angelus (volitet) id eſt volet (ab alto celi vt pel- lat antiquum hoſtem) id eſt dyabolum gabriel dico veniens (ſepius in iſtud templum).i.eccle- ſiam (miſertus noſtri ¶ Tunc ibi. Angelum nobis. O chriſte (mitte nobis angelum) rapha- elem (medicum ſalutis noſtre (raphael) interp̄- tatur medicina dei et ſignificat chriſtū ieſum qui tulit noƀ de celis (me dicinam) id eſt portauit nobis medicinaꝫ de celo. ſcilicet ſpiritusſancti. cuiꝰ gratia mūdati ſumus ab omni peccato ⁊ liberari ab hoſte antiquo (vt ſanet et curet nos omnes egrotos in mente ⁊ dirigat actus noſtros) id eſt noſtras operationes prauas ad bonam operationem angelorū vel inuocationem. ¶ Tunc ibi. Hinc dei noſtri. Hic facit inuocati- onem marie et etiam angeloꝝ di. O (maria genitrix dei noſtri. et totus chorus angeloꝝ aſſiſtas ſemper) id eſt omni tempore (nobis omnibus et tota concio beata) id eſt exercitus angeloꝝ nobis aſſiſtat ſimul om nibus diebus vt iſti intercedant pro nobis.

¶ Tunc ibi. Preſtet hoc (Beata deitas) ſcꝫ patris (ac nati).i. filij (et ſpiritusſancti preſtet) id eſt tribuat (nobis pariter) hec ſup̄dicta. Gloria

Cuius ſpiritus reboat .i. ꝑſonet in omni mundo(Amen) .i. ſine fine. Hriſte redemptor. Hic facit inuocationem ad omnes ordines angelorum ⁊ deprecatur eos vt ipſi aſſint nobis et a nobis omnia vicia repellant. ⁊ nos purificatos corde ⁊ corpore. et opere ad celeſtia regna perducant. O (chriſte redēptor omnium) ſcilicet fideliuȝ (conſerua tuos famulos) qui tibi famulantur tu dico (placatus ſanctis precibus beate marie virginis.

Hriſte redemptor omnium cō
ſerua tuos famulos beate ſem-
per virginis. placatis ſanctis precibꝰ
Beata quoqȝ agmina celeſtium ſpiri
tuum preſentia futura mala pellite.
Vates eterni iudicis apoſtoliqȝ do-
mini ſuppliciter expoſcimus ſaluari
veſtris precibus Martyres dei in
cliti confeſſoreſqȝ lucidi veſtris oratio
nibus nos ferte in celeſtibus
Chorus ſanctarum virginum mona
chorum omnium ſimul cum omnibus
conſortes chriſti facite Gentem
auferte perfidam credentium de fini-
bus vt chriſto laudes debitas perſol-
uamus alacriter Gloria patri in
genito eius vnigenitoqȝ vna cum ſanc
to ſpiritu in ſempiterna ſecula

¶ Tunc ibi. Btā quoqȝ (O beata agmina celeſtium ſpirituum) ſcȝ angelorum (pellite quoqȝ id eſt ſimiliter (preterita mala) id eſt vicia. et futura a nobis.

¶ Vates eterni. Vates id eſt o vos prophete (eterni iudicis) id eſt chriſti. O (apoſtoli domini. expoſcimus) id eſt deprecamur (ſuppliciter ſaluari veſtris precibus.

¶ Tunc ibi. Martyres dei O (martyres dei inclyti) id eſt nobiles et electi (et confeſſores lucidi) id eſt caſti (ferte nos in celeſtibus regnis veſtris orationibus

¶ Tunc ibi. (Chorus ſanctarum. (Chorus ſanctarum virginum et omnium monachoꝝ facite nos xp̄e ꝯſortes) .i. participes celeſti regni (cum omnibus ſanctis. Tunc ibi Gentem auferte (Auferte) id eſt remouete(gentem perfidam) .i. infidelem(de finibꝰ credentiū et ad quid vt perſoluamus alacriter id eſt iocoſe (chriſto laudes debitas. ¶ Tunc ibi Gloria patri ingenito.(Gloria) id eſt laus (ſit ingenito eiuſqȝ vnigenito) id eſt filio. Iheſu criſto dn̄o nr̄o (vna) id eſt pariter(cum ſancto ſpiritu in ſempiterna ſecula. Amen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 101

id eſt ſine fine vel defectu.

Ieſu ſaluator ſeculi. Hymnus iſte continuatur ſuperiori ſic ita dixi. o chriſte conſerua tuos famulos. et bene debes. quia redemiſti nos et hoc eſt. o iheſu ſaluator ſeculi ſubueni. id eſt ſuccurre redemptis ope. ſcȝ tuo auxilio. o pia (dei genitrix poſce). id ē impetra ſalutem animarum nobis miſeris.

Eſu ſaluator ſeculi redemptis ope ſubueni et pia dei genitrix ſalutē poſce miſeris. Cetus omnes angelici patriarchaꝝ cunei et prophetarum merita nobis precentur veniaꝫ Baptiſta xp̄i p̄curſus et clauiger ethereus cū ceteris apoſtolis nos ſoluant nexu criminis Chorus ſacratus martyrum ſacerdotum confeſſio et virginalis caſtitas nos a peccatis abluant.

Electorum ſuffragia omneſq̧ ciues celici annuant votis ſupplicum. et vite poſcant premium: Laus honor virtus gloria deo patri et filio ſancto ſimul paraclito in ſempiterna ſecula Amen

Nunc ibi. Cet⁹ omnes angelici (O omnes angelici cetus) id eſt omnes ſocietates ſeu exercitus (cunei) id eſt chori. (patriarcharum et merita prophetarum. precentur) id eſt poſtulant vel impetrant (nobis veniam) id eſt indulgentiā peccatorum

¶ Nunc ibi. Baptiſta chriſti (Baptiſta) iohannes (p̄uius) id eſt p̄curſor xpi (⁊ clauiger) ſcilȝ petrus (ethereus) id eſt celeſtis (cum ceteris apoſtolis ſoluant nos a nexu criminis) id eſt a vinculis peccatorum

¶ Nunc ibi (Chorus ſacratus (Sacrat⁹ chorus) id eſt ſacer cetus (martyrum ⁊ confeſſio ſacerdotum) id eſt iuſtorum (⁊ caſtitas virginalis) id eſt virginum (abluant nos a peccatis.

Nunc ibi. Electorum ſuffragia (Suffragia) id eſt patrocinia (electorum. et omnes celici) id eſt celi (ciues) id eſt angeli (annuant) id eſt faueant (votis) id eſt precibus (ſupplicum) id eſt humilium (vt poſcant) id eſt impetrant (p̄mium vite eterne. Nunc ibi. Laus honor (Laus) id eſt virtus (honor gloria) ſint deo patri (fil' paraclito in ſempiterna ſecula

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 101

Expoſitio hymnorum

Ex chriſte martini. Autor iſte commendat et laudat deum de conuerſione ⁊ habitu beati martini. quia hic pauper ⁊ modicus celum diues ingreditur. quia per conſtantiā fidei et in confeſſione trinitatis trium mortuoꝝ corpa quoruz anime detinebantur clauſe in inferno ſuſcitare ſupermeruit. rogat itaqz dominum iheſum chriſtuz vt ſicut per confeſſionez ſctē trinitatis tres mortuos ſuſcitauit ab inferno. ita ſuſcitet nos cum pctō. et ſicut induit pauperem parte ſue clamidis. ſic nos induat iuſticia. O (chriſte rex) eterne (decus) id eſt honor iſte. ſcilicet martinus (eſt tua laus (tu es ſalus illiꝰ martini. tu tribue nos colore et honorare te (in hunc) ſcilicet martinum quin .i. inſup tribue nob martinū colere in te .

Ex chriſte martini decus hic laus tua. tu illiꝰ tu nos in hūc te colere in ipſum quin tribue. Qui das per orbis cardines ꝙ gemma fulget preſulum. da quos premūt culpe graues. ſoluat per ingens meritum. En pauper hic et modicus celum diues ingreditur celi cohortes obuiant lingue tribus ouant Ut vita fulget tranſitus celis et aruo ſplendidus gaudere cunctis pius eſt cunctis ſalus ſit hic dies. Sit trinitati gloria martinus vt confeſſus eſt: cuius fidem per opera in nobis et ipſe roboret

¶ Tunc ibi. (Qui das) Tu qui das ꝙ gemma) exiſtens refulgentia (preſulum fulget) id eſt ſplendet. id eſt preſbyteꝝ (per cardines) id eſt per angelos (orbis) id eſt ꝑ quatuor partes mundi. (da) id eſt concede (vt martinus perſoluat ingens meritum nos quos graues culpe) id eſt criminalia peccata (premunt ita ſoluat vt non excludant nos a celo. ¶ Tunc ibi. En pauper hic et (En) id eſt ecce. (hic ſcilicet martinus (pauper in operibus ſuis et modicus) ſcilicet in perſona corporis ⁊ in paruis diuitijs. ſcilicet diues in virtutibus exeundo de mundo ingreditur celum. cohortes) id eſt exercitus celi obuiant ei (lingue) ſcilicet homines ttibus iſrael iudei (gentes) id eſt gentiles (ouant) id eſt applaudant Tunc ibi. Ut vita fulget (Ut) pro ſicut vita illius ſic (tranſitus) id eſt obitus eius (fulget) id eſt ſplendet (in celis) id eſt in celo (⁊ in aruo) id eſt in terra ſeu in mundo. tranſitꝰ dico ſplendidus. et ideo. quia fulget (pium eſt) id eſt dulce (cunctis hominibus (et hic dies) id eſt hoc feſtum ſit ſalus cunctis
¶ Tunc ibi. Sit trinitati (Gloria ſit trinitati) ſcilicet patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto (vt) pro ſicut (ſicut martinus confeſſus eſt) ſcilicet fide et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 101

opere fidem cuius martinus et ipſe deus roboret in nobis.

Artine par. In hoc hymno cōmendat autor beatū martinum p conſtantiā fidei eius quā habuit in ſuſcitatione trium mortuorū quem in hoc ꝯparat apoſtolis. ꝛ hoc eſt (O martine par apoſtolis) id eſt equalis in reſuſcitatione mortuoꝝ trium. quia tres mortuos ſuſcitauit vt apoſtoli. Et quia globus igneus. id eſt ſpiritus ſanctus. deſcendit ſuper eum.

Artine par apoſtolis ſe ſtū tuuz colentes foue qui viuere diſcipulis vis aut mori nos reſpice. Fac quod olim geſſeras nunc. pſules clarifica. auge decus eſſe fraudes relige ſathane: Qui ter chaos euiceras merſos reatu ſuſcita diuiſeras vt clamidē nos indue iuſticiam Ut ſpiritualis glorie quondam recorderis tue monaſtico nunc ordini iam pene lapſo ſubueni

Exultet celum laudibus reſultet terra gaudijs apoſtolorum gloria ſacra canunt ſolemnia.

tu (foue nos). i. reſuſcita a peccato (colentes tuum feſtum q̇ vis viuere aut mori diſcipulis) id ē ad vtilitatem diſcipulorum. quia nec mori timuit nec viuere recuſauit. vnde et ipſe effundens orationez apud dn̄m ait. O dn̄e ſi adhuc populo tuo ſum neceſſarius. nō recuſo laborem. fiat voluntas tua. qꝛ nec viuere nec mori recuſaſti. ideo reſpice nos vt tuis meritis mundi corde et corpore exiſtentes aulam celi ingredi mereamur. ſicut feciſti in tempore tuos prelatos eccleſie famoſos

¶ Tunc ibi. Fac quod (Nunc) id eſt in pn̄ti. fac nos eſſe iuſtos quod geſſeras. id eſt feceras. (olim predicando clarifica) id eſt illumina (nunc preſules eſſe. id eſt prelatos (auge decus eſſe. relige) id eſt frange et reprimes (fraudes ſathane) id eſt dyaboli aduerſarij. nunc. ¶ Tunc ibi. Qui ter chaos (Qui euiceras) id eſt euacuaſti (chaos) id eſt infernum (ter) id eſt tres mortuos ſuſcitaſti tu qui ter intraſti in infernū reſuſcitādo tres mortuos (ſuſcita merſos reatu) id eſt a culpa primi parentis et propria. vt pro ſicut (diuiſeras clamidem pauperi. ſic indue nos iuſticia

¶ Tunc ibi Ut ſpiritualis gloria. O martine ſubueni. id eſt ſuccurre (monaſtico ordini) id eſt ordini monachorum (iam lapſo) id eſt relapſo in peccatis (pene) id eſt fere. ꝛ ad quid vt recorderis quondam ſpiritualis vel ſpiritalis glorie.

Exultet celū In h̔ hymno facit au. inuocatōez ad apl̄os vt ipi ꝓ nobis exultēt ꝛ ſuis p̄cibus a nobis vicia repellāt vt ipſi cum veniunt

ad iudicium non pꝛo reatu puniant. ſed completos eternis gaudijs fa ciant. Et nota ꝙ dies iudicij non dicit̃ ideo ꝙ tunc ſit dies. ſed appa rebunt nobis omnia ſicut in die (Celum) id ẽ celeſtis curia (exultet) ⁊ id eſt gaudeat laudibus (terra) id eſt terreni. ſcilicet homines (reſultent gaudijs) ſcꝫ (canunt) id eſt laudant (ſacra ſolemnia) id eſt gloꝛia apoſto loꝛum

Vos ſecli iuſti iudices et vera mũdi lumina votis pꝛecamur coꝛdium audi te pꝛeces ſupplicum. Qui celum ver bo clauditis ſeraſqꝫ eius ſoluitis nos a peccatis omnibus ſoluite iuſſu que ſumus. Quoꝛum pꝛecepto ſubditur ſalus et languoꝛ omniuꝫ ſanate egros moꝛibus nos reddentes virtutibus Ut cum iudex aduenerit criſtus in fi ne ſeculi nos ſempiternis gaudijs fa ciat eſſe compotes

Terna chꝛiſti munera apoſto loꝛum gloꝛia laudes canentes debitas letis canamꝰ mentibus Eccleſiarũ pꝛincipes belli triumpha les duces celeſt is aule milites et vera mundi lumina

¶ Tuncibi. Vos ſecli (Vos) apoſtoli iuſti iu dices (ſecli) pꝛo ſeclo (et vera lumina mundi) q̇a totus mundus illnmi natur eoꝛum pꝛedicati one (pꝛecamur vos votꝫ coꝛdium) id eſt pꝛecibꝰ coꝛdis (audite pꝛeces ſu pplicum) id eſt humiliũ

¶ Tunc ibi Qui celum Qui clauditis. ſcilicꝫ pec catoꝛibus (celũ verbo) id eſt ſermone (⁊ ſoluitꝫ) ſcꝫ hominis (ſeras) id eſt infirmitates (eius que ſumus) id eſt pꝛecamur. vos ſoluite) id eſt abſol uite nos a peccatis. om nibus iuſſu) id eſt pꝛece pto chꝛiſti.

Tunc ibi. Quoꝛum pꝛecepto Pꝛecepto quo rum) ſcꝫ apoſtoloꝛũ (ſa lus) id eſt ſanitas (⁊ lan guoꝛ) id eſt infirmitas omnium hominum ſub ditur. ſanate egros) id ẽ peccatoꝛes (moꝛibus) id eſt pꝛauis cogitationibus (reddentes nos virtutibus.

¶ Tunc ibi. Ut cum iudex. Et rogamus vos vt cum chꝛiſtus iudex aduenerit in fine ſeculi faciat nos eſſe compotes ſempiternis gaudijs

Terna chꝛiſti munera. Hymnus iſte cõtinuatur ſuperioꝛi. ſcꝫ exultet celum laudibus ⁊c (Nos canentes debitas laudes) chꝛiſto in honoꝛe apoſtoloꝛum (canamus letis mentibꝰ) id ẽ iocoſis ad gloꝛiam illoꝛum (eterna criſti munera) id eſt inenumerabilia

¶ Tunc ibi. Eccleſiarum pꝛinceps. Iſti ſunt pꝛincipes eccleſia rum. Iſti ſunt triumphales duces belli. id eſt triumphantes. Iſti ſunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 101

milites celeſtis (aule) .i. pallacij.⁊ ſunt vera mūdi lumina qr predicatio ne illorum illuminatus eſt mundus ¶ Tnnc ibi Deuota ſanctoruz Fides deuota ſanctorum).i.obedientia(inuicta ſpes credentiū(perfecta chriſti charitas) id eſt amor(triūphat) id eſt ſuperat principem mundi) id eſt dyabolum. vnde. Uenit princeps huius mundi et in me non hz quicq̄z. ¶ Tunc ibi In his paterna. Paterna gloria exultat i his ſcilicet apoſtolis. voluntas ſpiritusſancti exultat in his filius exultat in his quid dicam per ſingula celum repletur gaudijs ¶ Tunc ibi. Te nunc redemptor O redemptor queſumus te (nunc) id eſt in preſenti vt iungas precantes ſeruulos conſortio ipſorum ſcz apoſtolorū in ſempiterna ſecula. Amen.

Deuota ſacerdotū fides inuicta ſpeſ credentium perfecta chriſti charitas mundi triumphat principem. In his paterna gloria. in his voluntas ſpiritus exultat. in his filius celum repletum gaudijs. Te nunc redemptor queſumus: vt ipſorum conſortio iungas precātes ſeruulos in ſempiterna ſecula Amen.

Anctorū meritis inclina gaudia pangamus ſocij geſtaque fortia nam gliſcit animus promere cātibus victorum genus optimum

Hi ſunt quos retinens mundus inhorruit ipſum nam ſterili flore perari dum ſpreuere penitus teqz ſecuti ſunt rex chriſte bone celitus.

Anctorum meritis inclyta ⁊c. In hoc hymno laudat autor deū in conmemoratione ſanctoruz martyruz.quia mūdum cū pompis ſuis dimiſerunt vnde in terris laudantur et in celis honorantur. Intēdit itaqz rogare deum vt nos ſuos famulos iungat cōſortio ſanctorū martyꝝ. et hoc eſt. O ſocij (pangam⁹) id eſt cantemus(inclita gaudia).i.p̄clara merita ſanctoꝝ et fortia geſta eorum (nam animus meus gliſcit) id eſt cupit vel gaudet promere) id eſt laudare cum cantib⁹ optimum genus victorum) id eſt martirum ¶ Tunc ibi. Hi ſunt. Hi ſunt martyres quos mundus retinens (inhorruit) id eſt odio habuit. nam primi martyres ſpreuerunt penitus ipſum ſcilicet mūdum(per aridum) id eſt valde lici

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 101

tam (flore ſterili) .i. infructuoſo ⁊ ſecuti ſunt (celitus) .i. diuinitus te o chriſte bone ❡ Tunc ibi. Hi pro te Hi martyres (calcarunt) id eſt ſuſtinuerunt (pro te furias hominum) id eſt inſanias infidelium atq; (verbera ferocia) id ē crudelia et (ſeua) id eſt iniuſte illata. ⁊ (vngula) id eſt quoddā genus tormenti (ceſſit) id eſt locū dedit his martyribus. (lacerans) id eſt puniēs per q̄uis tormenta (nec) pro et non. ⁊ non carpſit penetralia martyrū vel apoſtolorum) id eſt non fuerunt tracta vł diuiſa eorum viſcera, et hoc virtute dei erat eis.

Tunc ibi. Ceduntur gladijs. Ipſi ceduntur) id eſt iugulant gladijs crudelibus (more bidentium) id eſt conſuetudine ouium. murmur eorum non reſonat (nec querimonia) id eſt lamentatio auditur. (ſed mens bene conſcia) id eſt boni meriti conſonat patientiam tacito corde. q; fortes patientes et firmi erant pro fide xp̄i in bello.

❡ Tunc ibi. Que vox.) Et quia hec omnia pro chriſti nomine patiebantur. igitur que vox que lingua poterit (retexere id eſt dicere vel explicare (munera) id eſt dona que tu martyribus preparas (nam ipſi rubri) id eſt rubei fluido) id ē fluente ſanguine ditantur id eſt coronantur (laureis) id ē coronis bene fulgidis Tunc ibi Te ſumma O ſumma deitas (nos ſupplices) .i. humiles (poſcim⁹) .i. rogamus te vt abluas) id eſt deleas (culpas noſtras) id eſt peccata noſtra et (ſubtrahas noxia) id eſt ipſa pctā a nobis ⁊ des pacē famulis tuis (q̄q;) id ē

Hi pro te furias atq; ferocia calcarūt hominum ſeuaq; verbera. ceſſit his lacerās fortiter vngula nec carpſit penetralia. Ceduntur gladijs more bidentium non murmur reſonet nec q̄rimonia: ſed corde tacito mens bene conſcia conſeruat patientiam Que vox que poterit lingua retexere. que tu martyribus munera preparas rubri nam fluido ſanguine laureis ditātur bene fulgidis: Te ſumma deitas ſupplices poſcimus vt culpas abluas noxia ſubtrahes. des pacem famulis nobis quoq; gloriam per cuncta tibi ſecula Amen

Iste confeſſor domini ſacrat⁹ feſta plebs cuius celebrat per orbem hodie letus meruit ſecreta ſcādere celi.

ſimiliter nos omnes demus (gloriam tibi) id eſt ad honorē tui p cuncta ſecula. Amen ¶ Tunc ibi Iſte confeſſor

Materia huius hymni eſt ꝙ totis viribus deuȝ ſuper omnia laudare debemus Intendit etiam autor in h̄ hymno tractare de aſcenſione illius confeſſoris. in cuius memoria preſens hymnus totis laudibꝰ celebratur. (Iſte confeſſor domini ſacratus a domino (letꝰ) .i. exultans (meruit hodie) id eſt in hac die (ſcādere) id eſt aſcendere ſecreta (celi) id ē ad celos feſta cuius ſancti plebs deuota celebrat per totū orbem ¶ Tunc ibi.

Qui pius prudēs humilis pudicus
ſobrius caſtus fuit et quietus vita dū
preſens vegetauit eius corporis artꝰ.
Ad ſacrum cuius tumulum frequen
ter membra languentum modo ſanita
ti quolibet morbo fuerint grauata reſ
tituuntur. Unde nunc noſter chorus
in honore ipſius hymnum canit hunc
libenter. vt pijs eiꝰ meritis iuuemur
omne per euum. Sit laus illi decus
atqȝ virtus. qui ſupra celi reſidens ca
cumen totius mūdi machinam guber
nat trinus ⁊ vnus Amen.

Ex glorioſe martyrum corona
confitentium. qui reſpuentes
terrena perducis ad celeſtia.

Qui pius. Qui ſcȝ confeſſor fuit caſtus corpore et in anima (pius) id ē ſanctus (prudens) id eſt ſapiens. humilis pudicꝰ in verbis (ſobrius in moribus et quietis.) id eſt tranquillus (dum) id eſt donec (vegetauit) id eſt nutriuit (artus) id eſt vmbrā corporis eius (preſens vita) id eſt qn̄ erat in hoc ſeculo. Tunc ibi Ad ſacrū. Ad ſacruȝ tumulum cuius) confeſſoris (membra languentum) id eſt egrotantiuȝ reſtituunt̄ (modo) id ē in preſenti (ſanitati) id eſt ſaluti frequēter (quolibet morbo) id eſt a quocunqȝ infirmitate illa membra fuerint ḡuata ¶ Tunc ibi. Unde nunc (Unde nunc noſter chorus noſtrorum fratrum canit hunc hymnū in honore illius confeſſoris (libenter) id eſt voluntarie et ad quid canamus vt iuuemur pijs (meritis) .i. patrocinijs et orationibus eius per omne euum .i. p cuncta ſecula Amen. ¶ Tunc ibi. Sit laus. (Salus) .i. gloria (decus) .i. honor atqȝ virtus ſemper ſit illi deo. qui reſidet ſupra (cacumen) .i. ſup̄ ceptrū celi trinus dico in perſonis ⁊ vnus in deitate ſubſtātie qui gubernat (machinā) .i. frabricā totius mundi ¶ Hymnus ſequēs eſt plurimoꝝ martyrum.

Ex glorioſe. Materia huius hymni eſt inuocare regē martiruȝ vt dirigat ad nos aures ſue clemētie. ſi qd delinq̄mus propt̄ merita ſcōꝝ in quoꝝ commemoratione preſens hymnus cātatur.

parcere vel ignoſcere dignetur ⁊ hoc eſt. O glorioſe rex (corona confitentium) id eſt confeſſor hominum q̇ perducis reſpuentes terrena ad celeſtia gaudia ¶ Tunc ibi Aurem benignam. Tu appone (aurem benignā protinus) id eſt ſtatim noſtris vocibus et ignoſce quod delinquimus qui pāgimus ſacra trophea) id eſt victoriaz martyrum. ¶ Tunc ibi. Tu vincis ſeuitiam tirannorum in martyribus parcendo confeſſoribus quia non vis vt ꝑ martyriū finiant vitam ſuam (tu vince) id eſt deſtrue noſtra crimina donando nobis indulgentiam. q̄ tu non vis mortem peccatores ⁊c.

Eus tuorum. O deꝰ tu (ſors) id eſt corona ⁊ pars tuorum militum. ſ. hereditas. vnde Dauid. Dominus pars hereditatis mee. et tu premiuz q̄ tu ſm̄ meritū tribuis abſolue nos nexu (criminis) id eſt laqueo peccatorum nos dico canentes laudes tuas. Tunc ibi. Hic nempe. Hic martyr (deputatus) id eſt penſans (rite) id eſt recte gaudia mūdi et blādimenta eſſe noxia et caduca peruenit (nempe) id eſt certe ad celeſtia regna ¶ Tunc ibi. Penas cucurrit. Et ipe cucurrit fortiter) id eſt conſtans forti animo delectatōes huius mundi trāſiuit ⁊ (ſuſtulit) id eſt ſuſtinuit illas penas viriliter effundens ſanguinē ſuū et ideo poſſidet eťna bona ¶ Tūc ibi Ob hoc p̄ca. Ob hoc) .i. ꝓpter hoc q̄ ꝓ te ſanguinē fudit o piiſſime pater nos ſupplices (poſcimus) .i. p̄camur te p̄catu in hoc triūpho) .i. in hac victoria martyris (dimitte noxā) id ē culpā ſeruulis

Aurem benignam protinus appone noſtris vocibus. trophea ſacra pangimus ignoſce quod delinquimus

Tu vincis in martyribus. parcendo confeſſoribus tu vince noſtra crimina donando indulgentiam

Eus tuorum militum ſors et corona premium laudes canētes martyris abſolue nexu criminis

Hic nempe mundi gaudia et blandimenta noxia caduca rite deputans ꝑuenit ad celeſtia. Penas cucurrit fortiter et ſuſtulit viriliter ꝓ te effundens ſanguinez eterna dona poſſidet

Ob hoc precatu ſupplices te poſcimus piiſſime in hoc triumpho martyris dimitte noxam ſeruulis. Laus et perhenniter ⁊c.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 101

Artyr dei. Materia huius hymni eſt vt relictis delectationibꝰ et vanitatibus huiꝰ ſeculi bona opa exercendo deum conſequamur O martir dei qui fuiſti victor hoſtibus tu dico triumphās ſequendo vnicum filium patris es modo fruens bonis.

Artyr dei (qui vnicum patris ſequendo filium) victis triumphans hoſtibꝰ victor fruens celeſtibꝰ Qui precatus munere noſtrum reatum dilue. arcens mali contagium. vite remouens tedium. Soluta ſunt iam vincula tui ſacrati corporis: nos ſolue vinculis ſeculi amore filij dei. Preſta pater pijſſime ⁊c̄.

Tunc ibi. Qui precatus Et quia talibus bonis frueris (dilue) id eſt extingue (reatum) id ē peccatum noſtruz. tu dico arcens (contagiū mali). i. dyaboli remouens tedium vite. ſcꝫ famen ſitim nuditatem frigus. ſ. nobis donando temporalia diſſimiliter Tunc ibi. Soluta ſunt iam. Et qa ſicut vincula tui ſacrati corporis iam ſoluta a nexibus huius ſeculi diſſoluta ſunt. ⁊ es cuz xp̄o ſic (ſolue nos a vinculis) id eſt abſolue nos a peccatis. tuis precibus et hoc a more dei.

Esu corona virginum: quem mater illa concepit. que ſola virgo parturit hec vota clemens accipe. Qui paſcis inter lilia ſeptus choreis virginū ſponſas decorans gloria ſponſiſqꝫ reddēs premia Quocūqꝫ ꝑgis virgines ſequuntur atqꝫ laudibꝰ. poſt te canentes curſitant. hymnoſqꝫ dulces perſonant

Hesu corona virginum. In hoc hymno laudat autor deum in cōmemoratione ſanctarum virginum qui domando fragilem ſexum meruerūt ſcandere ſecreta celi. Rogat itaqꝫ et deprecat̄ deū vt neſciamꝰ vulnera corruptionis. o ihesu corona virginum quem. ſ. te mater illa mirabilis concepit. ſcilicet ſancta maria que ſola mater inter alias virgo ꝑturit tu clemens (accipe) id eſt ſuſcipe (hec vota noſtra). i. has ꝓces. Tunc ibi.

Qui. Tu qui paſcis. i. delectaris (inter lilia). i. bona opa (ſeptꝰ). i. circundatus (choreis) id eſt ordinibus virginū et es (decorans) id eſt co

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 101

ronans ſponſas gloria ⁊ reddens ſponſis premia ¶ Tunc ibi. Quocun
qꝫ pergis Quocunqꝫ.id eſt ad quēcunqꝫ locum pergis ille virgines ſe-
quuntur te atqꝫ canentes(curſitant) id eſt currunt poſt te laudib9 ⁊ p-
ſonant dulces hymnos) id eſt laudes ¶ Tūc ibi. Te deprecamur. Et
qꝛ v̄gines perſonant tibi laudes precamur te adauge (largius) .i. aug-
menta amplius noſtris ſenſib9.⁊ da(prorſus) id eſt omnino nobis omni
bus neſcire vulnera cor-
ruptionis.

Virginis proles.
Materia huius
hymni eſt cane-
re deo laudes ⁊ ſequi ve-
ſtigia eius. Commemo
ratio ſanctarum virginū
agitur in iſto hymno ⁊ h̄
eſt O proles.i.o fili ma-
rie virginis o (opifex) .i.
creator matris quem ſcꝫ
te virgo maria(geſſit) .i.
portauit virgo.ſcꝫ maria
(peperit) id eſt parturit
(te nos canimus feſtum
virginis tropheum) id ē
victoriam.ideo (accipe)
id eſt ſuſcipe (votū) id ē
preces noſtras. ¶ Tunc
ibi. Hec tua Hec tua
virgo eſt beata dulci ſor-
te.ſcꝫ caſtitate ⁊ virgini-
tate ⁊ martyrio (dū geſ-
ſit).i. laborauit (doma-
re) .i. macerare(fragilē
ſexum) .i. delere naturā
corporis.⁊ ilia (domuit)
id eſt deuicit (cruentū)
id eſt ſanguinolentū. vel
crudelem (ſetum) .i. dy
abolum corpore vt aga-
tha ⁊c. Tunc ibi. Un
de nec mortem Unde
quia domuit (fragilem
ſexum) id eſt corpus ſu-
um(nec) ꝑ nō ⁊ non fuit(paueſcens)id eſt timens mortem.nec ſeua ge
nera penarum nec fuit (amica mortꝭ) .i. dyaboli vel peccati et ideo ſan
guine(fuſo).i.ꝯſummato martirio ipſa meruit ſcandere ſecreta(celi) .i.

Te deprecamur largius: noſtris ad
auge ſenſibus· neſcire prorſus omnia
corruptionis vulnera. Preſta pater
piiſſime pariqꝫ compar vnice cum ſpi
ritu paclito in ſempiterna ſecula Amē

Virginis proles opifexqꝫ ma-
tris virgo quem geſſit pepe-
ritqꝫ virgo: virginis feſtum canimus
tropheum accipe votum Hec tua vir
go duplici beata ſorte: dum geſſit fra
gilem domare corporis ſexum domu
it cruentū corpore ſetum. Unde nec
mortem nec amica mortis ſeua pena-
rum genera paueſcens ſanguine fuſo
meruit ſecreta ſcandere celi. Qui9 ob
tentu deus alme noſtris parce iaꝫ cul
pis. vicia remittens. quo tibi pueri re
ſonemus almum pectoris hymnum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 101

ad celos ¶Tunc ibi. Huius obtentu. Et quia meruit ſcandere celū o alme deus parce iam (culpis) id eſt peccatis (obtentu) id eſt prece vel oratione huius virginis ⁊ tu vicia remittens. quo pro vt. vt nos (puri) id eſt caſti reſonemus tibi almum (hymnū) id eſt canticum (cantenꝰ) id eſt ſanctam laudem (tibi) id eſt ad honorem tui.

Gloria tibi domine. qui natus es de virgine cum patre ⁊ ſancto ſpiritu in ſempiterna ſecula. Amen

Rbs beata iheruſalem dicta pacis viſio. que conſtruitur in celis viuis ex lapidibus et angelis coornata vt ſponſata comite. Noua veniens e celo nuptiali thalamo. preparata vt ſponſata copuletur domino. platee et muri eius ex auro puriſſimo. Tonſionibus preſſuris expoliti lapides ſuiſq; aptantur locis per manus artificis. diſponuntur permanſuri ſacris edificijs

Rbs beata In hac commemoratione celeſtis iheruſalem autor laudat deum qui hoc ſacro templo infudit iugiter ſuam benedictionem. qua propter rogat deum. vt in hoc templo ſancto ſuo omnes promereamur acquirere eterna bona ⁊ adepta cū ſuis ſanctis perhenniter poſſidere. (Hieruſalem beata vrbs) eſt ciuitas celeſtis cōſtituta vel conſtructa de animabus ſanctorum qui ſunt viui lapides. ⁊ eſt interpretata viſio pacis que hieruſalem conſtruitur in celis (ex viuis lapidibꝰ) id eſt ſanctis animabꝰ ſanctorum qui ſunt viui lapides. illa dico coornat. i. in angelis vt ſponſata (comite). i. ſicut mulier ornata eſt (viro). i. ſponſo ita eccleſia xp̄o. Tunc ibi. Noua veniens Iſta noua ſponſa) id ē ſancta eccleſia (veniens e celo) id eſt cum chriſto iſta dico (preparata nuptiali) id eſt virginali thalamo (vel lecto) id eſt lauacro baptiſmatis (vt) ꝑ ſicut ſponſata (copuletur) id eſt coniungatur domino (platee) id eſt minus perfecti ⁊ (muri) id eſt predicatores illius ſponſi ſcꝫ ex auro (puriſſimo) id eſt ex ſplendore ſanctoꝝ. qui ſplendidi efficiuntur ſicut aurum puriſſimum ¶Tunc ibi. Tonſionibus preſſuris (Lapides) id eſt ſancti martires (expoliti). i. aptati ad edificandū (tonſionibꝰ). i. percuſſionibꝰ ⁊ afflicti (preſſuris). i. tribulatōibꝰ Sicut lapides in muro hic edificati ita anime ſctōꝝ ſunt ordinate in paradiſo (qꝫ) ꝑ et (aptantur. i. ordinantur vel diſponuntur ſuis locis per manꝰ (artifices). i. per manus filij dei lapides dico permanſuri diu (ſacris edificijs). i. celeſtibꝰ edificiis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 101

¶ Porte nitent. Porte.ſ.illius templi (nitent) id eſt ſplendent (marga ritis) .i.virtutibꝰ .aditis luminibus (patentibꝰ) .i apertis ſacris tēplis. (et hic) .i. in templo omnis chriſtianus (qui pro chriſti nomine premi⸗ tur) id eſt cruciatur.(illuc) ſcilicet in preſenti mundo (introducit̄) id ē in celeſtem hieruſalem (virtute meritorum) id eſt bonorū operum. ſcꝫ bonorum ſuorum.

Porte nitent margaritis aditis pa⸗ tentibꝰ ⁊ virtute meritorū illuc intro ducitur omnis qui pro chriſti nomine in hoc mundo premitur.

Ngularis fundamentuꝫ lapis chriſtus miſſus eſt qui compa⸗ ge parietis in vtroqꝫ nectitur. quem ſancta ſyon ſuſcepit in quo credens ꝑ manet Omnis illa deo ſacra ⁊ dilecta ciuitas plena modulis ⁊ laude ⁊ cano re iubilo trinum deum vnicūqꝫ cuꝫ fa uore predicat Hoc in templo ſumme deus exoratus adueni ⁊ clemēti boni tate precum vota ſuſcipe largam be⸗ nedictionem hic infunde iugiter

Ngularis fundamentū lapis Chriſtus dicit̄ lapis angularis qui a iu deis fuit reprobatꝰ. Un⸗ de dau id. lapidem quez reprobauerūt edi. ⁊c. tn̄ duos populos in vnum coniunxit .ſ. iudaicum et gentilem (qui chriſtus) id eſt filius dei . ſpeculat̄ quotidie eternam beati⸗ tudinem (ſummi regis) id ē dei pr̄is (chriſtus) .i. fundamentum totius ec cleſie miſſus eſt a patre eſt factus lapis angula⸗ ris qui lapis (nectitur) .i.coniungitur (compa⸗ ge).i.coniunctiōe (parie tis in vtroque) id eſt in duobꝰ populis . ſcilicet in iudaico ⁊ gentili quez .ſ.xp̄ꝫ ſyon ſuſcepit Sāc⸗ ta ſyon interpretatur ec⸗ cleſia vel ſpeculatio. in q̂ ſcꝫ chriſto vel eccleſia cre dens .ſ. chriſtianꝰ qui cre dit permanet firmiter in fide ſancte eccleſie ¶ Tunc ibi Om̄is ⁊c. Om̄is illa (ciuitas) id ē eccle⸗ ſia militans (deo) .i. ad dei honorem (eſt facta) id eſt ſacrata (et dilecta id eſt amata a deo ⁊ plena (modulos) id eſt cantilenis angelorum in lau de dei ⁊ (canore) id eſt cantu vel canore (iubilo) id eſt dulci exultatione

¶ Iubileus eſt gaudium illud quod eſt interius in homine quod omniuo non poteſt referri nec omnino tacetur pre animi exultatione. et ſancta eccl'a predicat trinum deum ſcilicet in ꝑſonis (vnicūqꝫ) .i. vnuꝫ in ſubſtantia. vel vnū quoqꝫ cum fauore predicant cum prece Tunc ibi. Hoc in templo ſumme deus ⁊c. O (ſumme deus exoratus ſci licet a nobis. id eſt tu deprecatus adueni per gratiam in hoc templo .i.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 101

in iſta eccleſia. ⁊ ſuſcipe vota precantū id eſt precū vel orationum Iſtud intrāſitiue legitur et eſt ibi figura que dicitur endiadis. que hȝ fieri qn̄ duo noīa ſubſtantiua ſil' ponūtur ꝙ vnuȝ illoꝝ adiectiuatur et alterum remanet ſubſtantiuuȝ ⁊c. (clementi bonitate) id ē moderata tua prece vel voce (infunde) id ē immitte (iugiter) id eſt perhenniter vel aſſidue

Hic promereantur omnes petita acquirere et adepta poſſidere cum ſanctis perhenniter. paradiſum introire tranſlati in requiem Amen

Corde natus ex parentis ante mundi exordium. alpha et o cognominatus ipſe fons et clauſula omnium que ſunt fuerunt queqȝ poſt futura ſunt ſeculorum ſeculis:

O beatus partus ille virgo cuȝ puerpera edidit noſtram ſalutem feta ſancto ſpiritu. ⁊ puer redemptor orbis os ſacratum protulit ſeculorum ſeculis

(benedictionem largaȝ) id eſt latam.

¶ Tunc ibi. Hic promereantur. (Hic) ſcilicet in ſacra eccleſia. vel (hic) id eſt in iſto loco (omēs) ſcȝ fideles homines (promereantur) id eſt bene mereantur (acquirere petita) ſcȝ iuſta ⁊ ſancta) et adepta) id eſt illa petita obtenta) poſſidere perhenniter) id eſt perpetue cum ſanctis) id eſt cum bonis et s^e dum ſumus (tranſlati in requiem). i. mortui. s^e mereamur introire paradiſum) id eſt regnum celorum.

Corde natus ex)

Materia huius hymni eſt duplex natiuitatis filij dei. Una videlicet eterna qua erat genitus ante initium mundi. ⁊ hoc ex corde ſui parētis. Alia autē eſt chriſti natiuitatis temporalis qua natiuitate filius dei erat natus in tēpore ex virgine maria. vt patet in ſequenti verſu. Et noīatur filius dei alpha ⁊ o. id eſt principium et finis. quia alpha eſt prima littera apud grecos. o vero vltima ¶ Conſtrue. ſupple fili⁹ dei eſt natus ex corde parentis. ſcilicet ſui parentis. et hoc (ante exordium) id eſt initium (mundi) id eſt ſeculi (⁊ ipē) ſupple chriſtus eſt (cognominatus) id eſt dictus (alpha) id eſt principiū et o) id eſt finis. ⁊ ipſe ſciliȝ filius dei eſt (fons) id eſt principium (et clauſula) id eſt finis (omniuȝ) ſupple rerū (que ſunt) ſcilicet in p̄ſenti. ⁊ que (fuerunt poſt) id eſt in preterito (et ſunt futura) ⁊ hoc in ſeculis ſeculorum) id eſt in viuentib⁹ in ſpiritum ſanctum ⁊c.

¶ Tunc ibi (O beatus partus) Hic proſequitur autor ſecundam natiuitatē chriſti videlicet temporalem. dicēs (O beat⁹) id eſt ſanctus (ille partus) s^e eſt (virgo cum puerpera) id eſt impregnata (edidit eſt peperit (noſtram ſalutem) id eſt filiū dei qui eſt noſtra ſalus. ip^e ipſa virgo (feta). i. repleta (ſpū ſancto (⁊ puer) s^e qui eſt (redemptor) ſcȝ totius orbis) id eſt mundi (protulit ſacratum os) id eſt ſanctum ſcȝ in pre

dicando ſacram doctrinā iudeis in templo (ſeculorum ſeculis) id ē eternaliter. ¶Tunc ibi Pſallat altitudo). Hic incitat omnes creaturas ad laudem dei. et primo celeſtes. Et dicit (altitudo celi) id eſt turba celeſtis (pſallat) id ē decantet natiuitatem chriſti. et (omēs angeli pſallant) id eſt laudant et (quicquid virtutis eſt vſq̄z) id eſt vbicūqz eſt aliqua virtus celeſtis (pſallat) id eſt iubilet (in laudem dei. et nulla linguarum ſileſcat) id eſt taceat quin laudet deum (et omnis vox) ſcilz totius mundi (conſonat ſcilicet in laudem dei (in ſeculorum ſeculis) id eſt eternaliter.

¶Tunc ibi (Ecce quem) Hic incitat omnes vniuerſaliter ad laudem dei dicens (Ecce cuncta) id ē omnia laudant deum (quem vates) id ē prophete (concinnabant) id eſt prophetabant (vetuſtis ſeculis id eſt hominibus q̄ tunc fuerunt. et (quem fideles pagine) id eſt ſcripture (prophetarum ſpopōderāt) id eſt promiſerant et (promiſſus) id eſt prophetiſatus ſcilicet filius dei (olim) id eſt dudum (emicat) id eſt ſplendet. .ſ. in natiuitate ſua (cuncta) id eſt omnia (collaudent deum ſeculorum ſeculis) id ē eternaliter.

Pſallat altitudo celi pſallant omnes angeli: quicquid eſt virtutis vſq̄z pſallat in laudem dei. nulla linguaram ſileſcat. vox et omnes conſonat ſeculorum ſeculis

Ecce quem vates vetuſtis concinnabant ſeculis. quem prophetarum fideles pagine ſpoponderant. emicat promiſſus olim cuncta collaudent deum ſeculorum ſeculis

Te ſenes et te iuuentus paruulorum te chorus turba martyrum virginum qz ſimplicis puellule voce concordes pudici perſtrepent concentib⁹ ſeculorum ſeculis

Tibi chriſte ſit cum patre agyoqz ſpiritu hymnus melos laus perhennis gratiarum actio honor virtus victoria regnum eternaliter ſeculoruz ſeculis. Amen

¶Tunc ibi. Te ſenes et iuuentus. Hic incitat nos omnia genera hominum ad laudē natiuitatis xpi dicens. O fili dei (ſenes) laudant te (et iuuentus laudat te et (chorus turba puulorū martyrum ⁊ virginum laudat te (ſimplices puelle) .i. virgines (pudici) id eſt caſti (voce cōcordes) id ē concordiam habentes (perſtrepent cōcentibus) id eſt laudent te carminibus ⁊c.

¶Tunc ibi (Tibi chriſte) Hic refert gratiarum actiones deo in perſo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 101

ne trinitatis dicens. O chriſte (tibi ſit hymnus) .i. laus (et melos) id eſt dulcis cantus (et phennis laus) ſit tibi et (actio gratiarum) ſit tibi (cū agioq; ſpiritu) .i. ſancto ſpiritu (honor virtus ⁊ victoria et regnum (ſit tibi (eternaliter) ſcʒ viuentibus in ſecula ſeculoꝝ. ¶ Nota ꝙ melos eſt dulcis cantus. ⁊ dicit͛ a mel qđ eſt dulce. ⁊ edos cātus. q̄ſi dulcis cāt⁹

Eſtum nunc celebre magna qʒ gaudia: compellunt animos carmina promere. cum chriſtus ſolium ſcandit ad arduuʒ celorum pius arbiter: Conſcendit iubilans letus ad ethera ſanctorum populus predicat inclitum. cōcinit pariter angelicus chorus victoris boni gloriā Qui ſcandens ſuperos vincula vinxerat. donans terrigenis munera plurima. diſtinctus rediens arbiter omnium. qui mitis modo tranſijt.

Eſtum nunc celebre. Materia huius hymni eſt laudatio dei in aſcentione eius Primo em̄ dicit hoc feſtum eſſe laudabile. Secundo dirigit ſermonem ſuum ad beatā trinitatē rogando vt dirigat greſſus noſtros ad ſalutem eternam. Ultimo etiam oſtendit qualiter in die nouiſſima ſit reuerſurus manifeſtare occulta peccata dicens. primo ſic (Feſtum nunc id ē preſens vel inſtans ē (celebre et magna gaudia) ſcʒ iſtius feſti (compellunt) .i. cogunt (animos) ſcilʒ noſtros (promere) id eſt cātare (carmina) id eſt laudes (cum) .i. quando (chriſtus) pius arbiter) id ē miſericors ⁊ māſuetus iudex (ſcandit) .i. aſcendit (ad arduum ſolium) .i. tronum (celorum) id eſt regni ſui. ¶ Tunc ibi. Conſcendit iubilans) Hic autor oſtendit ꝙ dominus noſter iheſus chriſtus lete aſcendit in celum ⁊ ſecum duxit multos angelos decantantes gloriā et honoreʒ deo. dicens ſupple criſtus (ꝯſcendit) .i. ſimul cum multis alijs aſcendit. (iubilans) .i gaudens (et letus) id eſt hilaris (ad ethera) id eſt ad celos (et populus ſanctorum) id eſt turba celeſtis (predicat) id eſt clamat. ſupple chriſtum eſſe (inclitum) .i. valde glorioſum (qʒ) pro et (angelicus chorus) id eſt angeloꝝ congregatio (concinit) id eſt cantat (gloriaʒ boni victoris) id eſt chriſti. ¶ Nota differunt acr et ether. vt patet in hoc verſiculo. Aera dic noſtrum, ſed dic eſſe ethera ſummum.

¶ Tunc ibi (Qui ſcandens ſuperos.) Materia huius verſiculi eſt ꝙ ille q̇ aſcendit ethera ligauit diaboluʒ vinculis fortiſſimis in inferno et dedit hominibus plura munera. et tranſiens mitis et pius de hoc mundo rigidus iudex reuertetur. Et dicit (qui) ſupple criſtus (ſcādens id eſt aſcendēs (ſuperos) id eſt ſupra celos (vinxerat vincula) .i. ligauit dyabolum in inferno. et ſupple ipe criſtus eſt (donans) id eſt tribuens (terrigenis) .i. hoibus in terra habitantib⁹ (plurima munera) .i. dona

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 101

(rediens) id eſt reuertens(diſtrictus) id ē rigidus(arbiter) id eſt iudex hominum qui nunc de iſto mūdo (mitis) id eſt miſericorditer(trāſiuit .i.receſſit ¶ Tūc ibi Oramus domine. Hic deprecamur chriſtum. vt ſuos famulos cōſeruet ne liuor vel inuidia ſiue odium demonis eos demergat in infernum dicēs. O inclite domine conditor) id eſt glorioſe factor ⁊ creator nos (oramus) id eſt rogamus reſpice protegens) id eſt defendens (deuotos famulos) .ſ. tuos(ne edax liuor)id eſt horribilis ira (demonis) id eſt diaboli (nos obruat) id eſt rapiat vel circonueniat(vl' demerget in inferos) id eſt in inferna.

¶ Nota edax eſt nomē verbale et venit a verbo edo. et notat aſſiduitatē ſicut omnia nomina in ax. vnde edax eſt odium aſſidue vorans

¶ Tunc ibi. (Ut cum flammiuoma) Hic autor oſtendit qualiter criſtus reuerſurꝰ eſt in nouiſſimo die manifeſtare occulta peccata hominum. et ergo rogemus vt quando tēpus iudicij aduenerit ne horrida ſupplicia nobis donet ſʒ vitam etnā ⁊c.

Oramus domine conditor inclite de
uotos famulos reſpice protegens ne
nos liuor edax demonis obruat. de-
mergat vel in inferos.

Ut cū flammiuoma nube reuerteris
occulta hominū pandere iudicās ne
des ſupplicia horrida noxijs ſed iuſ-
tis bona premia

Preſta hoc genitor optima maxime
hoc tu nate dei et bone ſpiritꝰ regnās
perpetuo fulgida trinitas per cuncta
ſecula Amen

It porta chriſti peruia refer-
ta plena gratia. tranſitq̄ʒ rex ⁊
permanet clauſa vt fuit per ſecula.

¶ Cōſtrue. ſupple nos oramꝰ(vt cū reuerteris nube flāmiuoma).i.ſplendida nube (iudicās pādere) id eſt manifeſtare (occulta hominum) id eſt ſecreta(ne des) id eſt inferes (horrida ſupplicia) .i. horribiles penas (noxijs) id eſt peccatoribus(ſed iuſtis bona p̄mia) ſcʒ dona ¶ Tunc ibi (Preſta hoc) Hic dirigit ſermonem ſuum ad trinitatem dicens. O(optime genitor preſta) id eſt cōcede(hoc) .ſ. ne damnemur et o(maxime nate dei) id eſt fili dei (⁊ bone ſpiritꝰ) ſupple d a ne damnemur. ⁊ o(fulgida trinitas regnans) .i. gubernās (perpetuo) id ē in euum. et per cuncta ſecula) id eſt eternaliter.

It porta chriſti peruia) Materia huius hymni beate marie dei genitricis preconia continet ſolatiuʒ ſpem et refugium ab ea nobis illatum ꝑ hoc ꝙ digna ē fieri mater dei. atqʒ abſolutionē criminum et peccatorem noſtroꝝ. ꝯtinet etiā qualiter beate marie acceſſit ſummum ⁊ maximum gaudiū in pro generandꝰ chriſtū dei filiū ꝓpter

bene meritũ. gratiarum enim bonorum ⁊ operũ ⁊ virtutum premiũ eſt honor (Porta chriſti) ſcilicet maria. merito dico porta ab effectu. q̄r per eam ſalus hũano generi allata eſt (referta plena gratia) .i. repleta gratia diuine bonitatis (fit peruia) id eſt penetrabilis (qȝ) ꝓ ⁊ rex chriſtus (tranſit) ſcȝ ꝑ portam via generationis vel incarnationis. et dico porta (permanet clauſa) id ē incorrupta (vt fuit per ſecula) id ē ab eterno virgo ad generandum et cõcipiendum ihesum chriſtũ deputata fuit et creata ¶ Tunc ibi.

Genus ſuperni luminis. proceſſit aula virginis. ſponſus redemptor conditor ſue gigas eccleſie Honor matris et gaudium immenſa ſpes credẽtium per atra mortis pocula reſoluit noſtra crimina Deo patri ſit gloria eiuſqȝ ſoli filio. cum ſpiritu paraclito et nunc et ĩn perpetuum. Amen.

Ange lingua glorioſi corporis miſterium. ſanguiniſqȝ precioſi quem in mundi precium fructus vẽtris generoſi rex effugit gentium

(Genus ſuperni lumis) Quis autem ille ſit rex reſpondet (genus) id ē genitus vel proles (ſuperni luminis) id eſt altiſſimi patris (proceſſit) .i. exiuit (aula) .i. ex vtero (virginis) ſcȝ marie ſcilȝ operatione ſpiritus ſancti. ſupple rex exiſtẽs (ſponſus) id eſt amator fidelis (ſue eccleſie) quia ſempiterna inter eum et nos eſt vnio quẽadmodum inter coniuges. ſupple chriſtus eſt (redemptor) id eſt liberator (et conditor) id eſt creator et ſupple exiſtens (gygas) fortis athleta bellator (eccleſie) ſcȝ fidei per glorioſam ſue carnis reſurrectionem ¶ Tunc ibi. Honor matris. Et ideo o rex redemptor omnium ſupple exiſtens (honor matris) ſcȝ marie que meruit portare te ex humilitate (et gaudium) tuuȝ temporale ex angelica ſalutatione. tamen eternale ex ſummi boni (qui filiꝰ eſt) per fruitione (ſpes immenſa) .i. magna ſcȝ fidelium ⁊ credentiũ in chriſtum (reſoluit) .i. delet ⁊ abluit (noſtra crimina) .i. peccata. tegit (per atra) .i. nigra amara inuiſa (pocula) id eſt ꝑ potum et guſtũ (mortis) ſcȝ ſue crudeliſſime ¶ Tunc ibi. Deo p̄ri ſit gloria. Ne ergo beneficiorꝫ ſimus ingrati ⁊ immemores (gloria) .i. laus honor ⁊ reuerentia (ſit deo patri) cui nihil deeſt. quia eſt omnipotẽs (qȝ) ꝓ et (ſoli filio eius) .ſ. domino noſtro ihesu xp̄o concepto et genito in tempore ⁊ ab eterno (cuȝ ſpiritu paclito) id eſt cõſolatore ab ambobus procedente (nunc) id ē in hac vita (⁊ in ꝑpetuum) id eſt eterna patria..

Ange lingua glorioſi. Materia huius hymni eſt de laude et de veneratione venerabiliſſimi ſacramenti euchariſtie. quod inter cetera ſacramenta excellentiſſimum exiſtit ex patre rei contente. continet enim ꝙ verum corpus et ſanguis domini noſtri ieſu chriſti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 101

pro nobis ⁊ noſtra ſalute effuſus eſt ¶ Noſtru e. P(lingua) ſupple humana(pange) id ē canta (myſterium) id eſt ſecretum diuinū ſiue prefiguratum(glorioſi corporis) ſcꝫ chriſti (qꝫ) pro et (precioſi) id eſt digniſſimi ſanguinis(quem) ſcꝫ ſanguinem(rex gentium) ſcꝫ chriſtus exiſtens (fructus geneſoſi ventris) ſcꝫ caſtiſſime ꝟginis marie (effudit in precium) id eſt in redemptionē(mundi).i.orbis

Nobis natus nobis datus ex intacta virgine: et in mundo conuerſatꝰ ſparſo verbi ſemine. ſui moras incolatus miro clauſit ordine

In ſupreme nocte cene recumbens cum fratribus. obſeruato lege plene cibis in legalibus. cibum turbe duodene ſe dat ſuis manibus

Uerbum caro panem verum verbo carneꝫ efficit. fit qꝫ ſanguis chriſti merum. et ſi ſenſus deficit ad firmanduꝫ cor ſincerum ſola fides ſufficit.

o Nazarene dux. Iſte hymnus pulcherrimus eſt pro quadrageſima diuini miſterij pariter ⁊ humilitatis ſtudij locupletiſſimꝰ habens complures verſus preter hos tres. ſ3 illi cōmuniter non cantantur Quibus omiſſis in horū trium verſuum primo autor inuocat chriſtuz vt ſanctificet noſtrū ieiunium. In ſecundo recōmendat ipſum ieiuniū

Nazarene dux bethleem. verbum patris. quem partus alui virginalis protulit. adeſto caſtis criſte parcimonijs. feſtumq3 noſtruz rex ſerenus aſpice ieiuniorum dū litamus victimam Nil hoc profecto purius miſterio. quo fibra cordis expiat liuidi intemperata quo domentur viſcera. aruinam putrez ne reſudans crapula obſtrangulate mentis ingenium premat Sit trinitate in vnitate glā. vnitati in trinitati gratia. poteſtas. honor. atq3 iubilatio noſtra benigne cum beniuolentia ieiuniorum acceptanti munera Amen

In tercio laudatur trinitas. Primus verſus hoc dicit. (O xp̄e ieſu nazarene) .i. de nazareth. quia ibi nutritus erat iheſus. (dux bethleez) vbi erat natus. iuxta illud Bethleem non es minima ⁊c. ex te em̄ exirt dux ⁊c. (verbum) .i. filius (patris) in diuinis (quez) chriſtū (partus) .i. generatio (virginalis alui) .i. vteri virginis marie (protulit) .i. produxit in mundū (adeſto caſtis pcimonijs) .i. faueas ⁊ auxilio ſis abſtinentijs caſtitatem inducētibꝰ. vt debite impleātur a tuis fidelibꝰ (q3) p et tu exn̄s (ſerenus rex) .i. clarus vel inclitus rex (aſpice noſtrum feſtum) .ſ. gratā habe noſtrā feſtiuitatē et ſolemnizationē (dum) p qn̄ (nos litamꝰ id eſt ſacrificamus vel offerimus (victimam) id eſt ſacrificium (ieiuniorum) q̇bus ieiunamus in tui ieiunij memoriam et honorem Nunc ibi Nil hoc profecto.

Profecto) .i. certe (nil) .i. nihil eſt (purius) .i. clarius melius vel mundius (hoc miſterio) ſcz ieiunio. qd miſticam virtutem ⁊ opatōem in ſe h3 vt ſequit (quo) miſterio (fibra) .i. vena ⁊ meatus (liuidi cordis) .i. inuidi (expiat) .i. expurgat. ita q p vtutem ienuij omnis inuidia a corde repellat ⁊ h̾ pmo (quo) inſup miſterio ieiunij (intpata viſcera .i. male diſpoſita interiora ad ſanitatē ⁊ ſeruitiū deo exhibendū (domenť) .i. corrigant (ne) p vt nō (vt c̄pula) .i. guloſitas (reſudans) .i. ſtillās ⁊ iteruz p ſudorem emittēs (putrem aruinā) .i. putrida ⁊ innaturalem pinguedinem (p̄mat) .i. deſtruat vł ſuffocet (ingeniū) .i. intellcm̄ (obſtrāgulate mētis) .i. ſuffocatis cordi ſiue aīe p nimiā crapulā Intellectus etiā nr̄ depēdet a ſenſu. ⁊ ſenſus ab organis corporeis. q̇bꝰ impeditis et grauatis p crapulam ſequitur eciā impedimentū in vtute intellectiua. ⁊ h̾ ſcdo. Et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 101

ſic ex hoc textu colligi p̄nt duo effectus ieiunij. ſ. inuidie a corde expulſio et organoꝝ corporeoꝝ melior diſpoſitio. vt exinde intellectus liberi⁹ ſuas habeat opationes ¶ Tūc ibi. Sit trinitati (Gloria). i. laus (ſit trinitati) pſonaꝝ (in vnitate) eſſentie. ⁊ (grā). i. fauor ⁊ dilectio (ſit vnitati in trinitate) ſiſr (ptās honor atq; iubilatio). i. leticia. ſ. ſit trinitati dico et vnitati (acceptanti benigne) id eſt recipienti pro grato (cum beniuolentia) id eſt pietate ⁊ bono animo ſiue volūtate (munera). i. dona. in idē redit (ieiunioꝝ) noſtrorū. hoc eſt. Gloria ſit trinitati ⁊ vnitati ⁊c. de hoc ꝙ benigne. recipiat nrā ieiunia tanq̄ ſibi grata ⁊ accepta. quod vt fiat etiam orauit verſus p̄mus

Vltor dei memento te fontis
et lauacri rorem ſubiſſe ſanctum te criſmate innouatum

Fac cum vocante ſomno. caſtum petis cubile. frōtem locumq; cordis crucis figura ſignet

Crux pellit omne crimen. fugiunt crucem tenebre. tali dicata ſigno mēs fluctuare neſcit

Vltor dei. Autor p̄ntis hymni dicit̄ fuiſſe Prudentius et ſolet cantari ab eccleſia q̄dragesimali tpe. in quo hymno idem Prudenti⁹ alloqtur quēlibet xp̄i fidelē. vt ſit memor beneficioꝝ dei cū ꝯſilio. vt iturus ad quietē nocturnam ſignet ſe ſigno ſancte crucis Cui⁹ rōnem ſubdit. ⁊ deīn exclamationē facit ꝯtra ſegniciē ſomnioꝝ. atq; verſutiaꝝ dyaboli. apoſtrophando ad eundē. ſicut videbim⁹ in ꝓceſſu. Dicit ſic (o cultor dei). i. o xp̄i fidel' colens deū (memento). i. recordare (te ſubiſſe). i. intraſſe (ſcā rorē font; et lauacri). i. te mundatum eſſe ſpirituali lotione in ſacra baptiſmate. ac per hoc mundatū ab originali peccato. Et o cultor dei memento (te innouatū). i. regeneratū (criſmate). i. oleo ſancto. ac ꝑ hoc ꝓtectū ⁊ armatū ꝯtra impugnatōes dyaboli. Ecce duo magna bn̄ficia collata homi xp̄iano a deo Primo ꝙ baptiſatus ſit ꝯtra pctm̄ originale. Scōm ꝙ ſit criſmate vnctus ꝯtra impugnatōes dyaboli. Cui regi etiam aliud cōſilium ſubiungit circa q̇etem nocturnā in ſequenti vſu. ¶ Tūc ibi. Fac cū vocante. O cultor dei (fac cum) ꝑ qn̄ (petis). i. accedis (caſtū cubile). i. mundū ⁊ tuum locum nocturne quietis (ſomno vocante). i. ſopore id exigente ⁊ incitāte ꝙ (figura). i. ſignū ſancte cruc; ſignet (frontē locū q; cordis). i. pect⁹ tuū ꝓpter miſteriū paſſionis dn̄ice. qd ꝑ ſignū repſentatur ⁊ effectū opatur ſequentē. ¶ Tunc ibi. Crux pellit (crux). i. ſignū crucis vel paſſio dn̄i (pellit). i. remouet vel fugat (omne crimen). i. peccatum ſeu malum. ⁊ (tenebre). i. picula tenebraꝝ ſiue miſerie nocturne (fugiunt crucem nox em̄ eſt amica predonib⁹. i. dyabolis nocturno tempore hominē inuadentib⁹. ⁊ ꝯtra illos facit ſignū crucis nō ſolū q̄tum ad corpus. ſed etiā q̄tum ad aiām q; (mens). i. aiā (dicata). i. ſignata

vel ꝯfirmata(tali ſigno) ſcē crucis(neſcit fluctuare).i.debitare de fide. et errare a ꝯſcientia intētionis virtuoſe ꝓpter pigriciem ⁊ portenta ſiue apparitōes vanas ſomniorum. contra ſe exclamat verſus ſequens. vel ꝓpter ſuggeſtiones dyaboli. de quibꝰ ſunt verſus alij deinde ſequentes ¶ Tunc ibi. Procul o procul. Exclamat contra ſomnia ⁊ contra inuentorē ſiue preſentatorem ſomniorum (Potentia) id eſt ſigna (ſomniorum vagantum) id ē apparitionum vagaruꝫ in ſomnis. ſint (procul) id eſt longe vel remote(o ꝓcul) reſumit cauſa maioris vehementie.et o tu (preſtigiator).i. deceptor ⁊ illuſor ſenſuum humanoꝝ dyabole(ꝑnicaci aſtu).i.ꝑſeueranti violenta et importuna ſiue ꝓterua ac improba calliditate decipiendi (eſto).i.ſis (procul) id ē longe Item preſtigium ē ſpēs. magice artis.qua ludificantur ⁊ decipiunt̄ oculi hominū. vt ſcꝫ appareat id quod non eſt

Procul o procul vagantuꝫ portenta ſomniorum procul eſto pernicaci preſtigiator aſtu

O tortuoſe ſerpens qui mille per meandros fraudeſqꝫ flexuoſas: agitas quieta corda.

Diſcede. criſtus hic eſt. hic chriſtus eſt liqueſce. ſignum quod ipſe noſti damnat tuam cateruam

Corpus licet fatiſcens iaceat recliue paululum.chriſtuꝫ tamen ſub ipſo meditabitur ſopore

¶ Tunc ibi. O tortuoſe. Apoſtrophat ad eundē preſtigiatorē dyabolū obteſtans vt recedat a nobis. Et legant̄ duo ꝟſus ſimul hoc mō(O tortuoſe ſerpens).i.malicioſe demon(qui agitas).i.turbas et ꝯmoues(quieta corda).i.pacificas mentes(ꝑ mille meādros).i.ꝑ varios modos decipiendi. Meander ꝓ flexuoſitate animi ponitur hic metaforice ſtat pro obliqs ⁊ indirectꝫ circuitionibꝰ dyaboli ad decipiendū(qꝫ) ꝓ et(flexuoſas fraudes).i.inuolutas intricatas deceptōes tuas. Flexuoſum dꝛ qd plures flexuras.i.curuaturas ⁊ inuolutōes hꝫ.vt ſerpēs cum ſe inuoluit hic aūt metaphorice ponit̄.qui eīn defraudare intendit recta via nō ꝓcedit.ſꝫ oblique ⁊ flexuoſe. ¶ Tunc ibi diſcede. O tortuoſe ſerpens(diſcede).i.fuge ⁊ recede.qꝛ(xp̄s eſt hic).i.adeſt nobis.⁊(liqueſce) i.euaneſce metaphora eſt.ſicut cera dꝛ liqueſcere a calore ſolis. qꝛ (xp̄s eſt hic) ſcilꝫ ad defenſionem nrām. Reſumit̄ illa clauſula xp̄s eſt hic ⁊c. ad exp̄mendū vehementiā indignatōis ꝯtra dyabolū ⁊ ad incutiēdū illi maiorē terrorē.ymmo (ſignū) ſcꝫ crucis(qd tuipſe noſti).i.nouiſti(dānat).i.deſtruit(tuā cateruā).i.tuā ſocietatē. ¶ Tunc ibi Corpꝰ lꝫ Reſpondet ad id qd dyabolus obijcere poſſet de torpore ⁊ imbecillitate corꝑis dormientis.ne ſibi in illa re ꝯfidere debeat dyabolus.credēs ſe ꝑ illaꝫ liberiꝰ inuadere poſſe hoiem qeſcentē qꝛ (licet).i.q̄uis(corpꝰ fatiſcēs).i.fatigatū

Expoſicio hymnorū

ex laboribꝰ diurnis (iaceat paululū).i.modicum (recliue).i.baſſuȝ ⁊ requie capienda (tamen) nichilominus (meditabit̄ xp̄m).i. cogitabit de xp̄o (ſub ipſo ſopore).i. tp̄e ſomni ⁊ dormitōis ſue. iuxta illud Media nocte ſurgebāt ad ꝯfitendū tibi. Jſtud etiā ſic poteſt intelligi. Quāuis nunc fragiliter decline. hō a mandatis dei. ſtatim tn̄ diuina gratia cooperante in cognitione dei. et emendationem vite debet recipiſcere poſſe et reuerti.

Tunc ibi. Gloria etern o patri) dicit̄ ſancte trinitati laus. Expoſitio ſatis clara eſt.

Gloria eterno patri. ⁊ chriſto vero regi paraclitoqȝ ſancto. ⁊ nunc in perpetuum. Amen

Agno ſalutis gaudio letetur omne ſeculum. ieſus redemptor omnium ſanauit orbem languidū

Sex ante paſce ferias aduenit in bethaniam. vbi pie poſt triduum reſuſcitauit lazarum.

Nardi maria piſtici: ſumpſit libram mox optimi. vnxit beatos domini pedes rigando lachrymis.

Agno ſalutis ⁊c̄ ad dominicā palmaꝝ ꝑtinet pn̄s hymnꝰ Jn quo autor p̄o p̄mo hortatur omne ſeculum ad gaudium ſuper ſui redemptione. Deinde narrat hyſtoriam ingreſſus dominici hac die in ciuitatem iheruſalem longius repetendo ab aduentu ſuo in bethaniam. et ibidem de reſuſcitatione lazari. ac rigatione pedū domini tractatur que per mariam magdalenam. Tandem exclamat de excellenti humilitate domini. quia in aſino venire voluit ⁊c. Primo dīt ſic (Om̄e ſeculum).i. quilibet xp̄ifidelis de hoc ſeculo (letetur) gratuletur (magno gaudio ſalutis).i. multiplici leticia ob ſalutem ſuaȝ. vt ſit regimē finale. Rō ſequitur. qꝛ (ih̄s redemptor omniū) hoim (ſanauit).i. ſaluauit vel redemit (languidū orbem).i. infirmū mundū ex p̄uaricatione ade. Et iſtō fecit dn̄s ꝓpria morte ſua volūtarie aſſumpta ꝓ nobis Cuiꝰ paſſionis tēpus mō appropinq̄bat. ⁊ initiū habebat vt ſequitur.

Tunc ibi. Sex ante paſce. sc̄ ieſus (aduenit in bethaniā ante ſex ferias.i. dies (paſce).i. illius ſolēnitatis iudeoꝝ (vbi).i. in qua bethania idem ieſus (reſuſcitauit).i. a morte reuocauit ad vitā (pie).i. ex pietate ſua. (lazarum) fratrē marthe ⁊ marie magdalene ſoroꝝ et hoſpitaꝝ domini (poſt triduū).i. poſt tres dies quibus lazarus mortuus fuerat ⁊ ſepultꝰ et ita in aduētu ſuo dn̄s quadriduanū fetentē in ſepulchro ip̄m inuenit et reſuſcitauit. Hiſtoria videri poteſt in euāgelio Tūc ibi. Nardi maria ⁊c (Maria) magdalena (ſumpſit mox).i. ꝯfeſtim (librā).i. pondus vl̄ menſurā quandā (optimi piſtici nardi).i. fidelis ⁊ nō ſophiſticati aromatis ſiue vnguēti. Piſtin em̄ grece dr̄ fidele latine. ⁊ eſt vnguentū factū de intrinſeco nardi. i. de ſucco talis arboris Et (vnxit).i. liniuit (beatos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 101

pedes domini) cū dicto vngento (rigando) .i. humectando et lauando
eoſdem pedes cum (lachrimis) ſcz ſuis. Rōne cui⁹ obſequij beata ma-
ria magdalena multū placuit dño. ita vt dimitteret ei dn̄s peccata mul
ta. qr ipſaz valde dilexerat. ſicut iam patuit. qr primo meruit videre do-
minū poſtq̄ reſurrexit. ¶ Tunc ibi (Poſt hec iugalis) Jaz venit au-
tor ad factuz huius diei

Poſt hec iugalis aſine iheſus ſuper
nus arbiter pullo ſedebat. inclitam ꝑ
gebat iheroſolimam. O q̄ ſtupenda
pietas mira dei clementia. ſeſſor aſelli
fieri dignatus autor ſeculi
Honor decus imperium ſit trinitati
vnice patri nato paraclito per infinita
ſecula Amen

Rex criſte factor omnium redē-
ptor et credentium: placare vo-
tis ſupplicum te laudibus colentium.
Cuius benigna gratia crucis per al-
ma vulnera. virtute ſoluit ardua. pri-
mi parentis vincula.

In quo apparuit maḡ
humilitas chriſti. de quo
exclamat verſus ſequēs
Et dicit (Poſt hec) id
eſt predicta (iheſus ſuꝑ-
nus arbiter) id ē celeſtis
iudex ſiue mediator in-
ter deū ꝛ peccatorē (ſede
bat pullo) .i. ſuꝑ iumen-
tum (iugalis aſine) ſcz q̄
ad iugum ire ſolet Jugū
dicit illud lignuz qd col-
lis boū imponit ad aran-
dum. et (pergebat) .i. tē-
debat (inclitam iheroſo-
limam) .i. ad preclarā ci-
uitatem iheruſalem. in q̄
dn̄s paſſionez ſuā ſubitu
rus erat ¶ Tunc ibi
O q̄ ſtupenda (O q̄)
id eſt q̄tum (ſtupenda)
id eſt admiranda eſt (pie
tas) .i. benignitas dei. o
q̄ mira clemētia dei) .i.
mirabilis bonitas. qr (autor ſeculi) .i. creator mūdi (dignitas eſt) .i. vo-
luit (fieri ſeſſor aſelli) .i. equitator pulli aſine. qui potuiſſet ſibi habuiſſe
preciotiſſimū equū totius mūdi ſi voluiſſet. ſed noluit vt exemplū humi-
litatis nobis daret. Omis em̄ chriſti actio nr̄a eſt inſtructio. vt ibi. Diſ-
cite a me. qr mitis ſum et humilis corde ¶ Tunc ibi (Honor decus)
(Honor dec⁹ imperiū) .i. poteſtas (ſit) reddēda ſingula ſingulis (vnice.
in eſſentia (trinitati) ꝑſonaꝝ. ſcz (patri nato) .i. filio (paraclito) ſpiri-
tui ſancto (per ſecula infinita) hoc eſt eternaliter. Amen

Rex chriſte) Jſte hymnus ſolet decantari tꝑe paſſionis dn̄i. Et
eſt materia ei⁹ obſecratio ad xp̄m ꝑ paſſionē ꝛ humiliatōem ſuā
que recitant̄ in ordine cum ſignis certis tunc intercurrentibus.
Et dōt. O (rex chriſte factor omniū) rerū (ꝛ redemptor credentiū) id eſt
fideliū tuoꝝ (placare) vt reconcilieris de offenſis (votis) .i. deſiderijs et
bonis affectib⁹ (ſupplicū) .i. deuotoꝝ tuoꝝ (colentiū) .i. hōrantiū (te lau
dib⁹) ſuis. Tunc ibi. Cuius benigna (Cui⁹) ſcz xp̄i (benigna gratia)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 101

volūtaria bonitas (ſoluit) id eſt diſſigat (vincula primi parētis) ſcʒ ade quibus vinculis tenebamur ligati ꝓpter peccatū ade. ardua virtute. id eſt magna poteſtate. quia eſt diuina. et hoc per alma vulnera crucis. id eſt inflicta ſibi in cruce. qꝝ vulnerū liuore ⁊ dolore ſanati ſumus de peccato originali ade ⁊ reſtituit regno dei. Nemo em̄ ad illā rē aſſumandū inueniebat̄ ydoneꝰ niſi filiꝰ dei. q̇ ꝓpterea ſemetipm̄ hūiliauit ⁊ fecit vt partim iam dictum ē. et etiam vt ſequitur.

Qui es creator ſiderum. tegmen ſub iſti carneum. dignatꝰ hāc viliſſimam pati doloris formulam.

Ligatus es vt ſolueres: mundi ruentis ꝯplices: per probra tergens crimina. que mundus auxit plurima

Cruci redemptor figeris. terram ſed omnem concutis. tradis potentez ſpiritum. nigreſcit atqꝫ ſeculum

Mox in paterne glorie victor ſplendens culmine. cum ſpiritus munimine: defende nos rex optime

¶ Tunc ibi. Qui es (qui es creator ſyderū) id eſt ꝯditor ſtellaꝝ (ſub iſti). i. induiſti (carneum tegimen). i. humanū corpus ex maria virgine (dignatus). i. volens ꝓ nobis (pati hāc viliſſimam formulam). i. deſpectiſſimū genꝰ (doloris). i. pene. ſ. crucis. que mors inter alias penas turpiſſima dicit̄ et ignominoſiſſima. iuxta illud. Morte turpiſſima ꝯdemnemꝰ eum ſcʒ crucis

¶ Tunc ibi. (Ligatꝰ es) et quia contraria contrariis curantur. ergo tu chriſte. ligatus es. i. ligari voluiſti (vt ſolueres). i. relaxares a vinculis dictis primi noſtri parentis (ꝯplices). i. ſocios cōpeccantes (mundi ruentis). i. declinantis a bono. (tergens crimina). i. delens peccata (que mūdus iſte ruens. auxit) i. cumulauit (pluria). i. valde multa. ⁊ hoc (ꝑ probra). i. opprobria. ꝯtumelias. ⁊ improperia que tu paſſus es pro nobis. ꝯtra delectatiōes inordinatas et gaudia illicita quibꝰ peccata ꝑpetrata erant a mundo. ¶ Tunc ibi. (Cruci redemptor) Verſus iſte dicit quō xp̄s affixus erat cruci in ea tradēs ſpūm. cum certis ſignis ſiue miraculis que tunc ꝯtigerūt. Dicens ſic. O (redēptor). i. liberator chriſte. tu (figeris). i. affligeris (cruci) i. ad crucem (ſed tñ tu (ꝯcutis). i. ꝯmoues ⁊ tremere facis (omnem terrā) q̄ factꝰ erat terre motus. ecce primū ſignū. Et tu (tradis). i. emittis cōmendando in manus patris (potentē ſpūm) animam diuine nature vnitā (atqꝫ ſeculū ingreſcit). i. mūdus tenebroſus fiebat. Sol em̄ cōpatiebat̄ ſuo creatori ſicut et alie creature. Vñ tenebre facte ſunt ab hora ſexta vſqꝫ ad horam nonā. vt habet̄ in euangelio. ecce ſecundū ſignum.

¶ Tunc ibi. (Mox in) In hoc verſu dimiſſis illis que poſt acta ſunt cū dño tranſitur ad eundē iam glorificatū cū introductione ſancte trinitatis vt moris eſt. Dicens O (optime rex) chriſte ieſu fili dei (victor) id eſt triūphator de inferno ſuperato ⁊ morte (reſplendēs). i. fulgēs iam et

gloꝛificatus(mox).i.ſtatim poſt aſcenſionez tuã (in culmine).i. excelſo habitaculo celoꝝ(paterne gloꝛie).i.patris(defende).i.ꝓtege nos(cum munimine).i.defenſione et p̄ſidio(ſpũs) ſancti. Amen

Loꝛia laus) Hic hymnus ad proceſſionez canit ipſo die palmaruz in quo tractatur laus chriſti iheſu.que longius repetitur. Primo a pueris hac die oſanna canentibus Deinde a meritis ꝑſonalibꝰ ieſu. Tercio a diuerſis creaturis deſcendendo tandem ad hebreos ſiue iudeos qui h̾ die ſpecialem dño honorem exhibuerunt.et nos ſil'r facẽ conamur vt placeamus dño. ſicut et iudei in illo placuerũt eidem. Sic autoꝛ alloquitur chriſtũ. O (rex chriſte) ieſu(redemptoꝛ(noſter(gloꝛia laus et honoꝛ ſit tibi) reſumẽdo v̈buz ſit ad quẽlibz ntm̄ (Cui

Loꝛia laus et honoꝛ tibi ſit rex chꝛiſte redemptoꝛ Cui puerile decus pꝛomſit oſanna pium

Iſrael es tu rex dauidis ⁊ inclita proles. nomine qui in domini rex benedicte venis

Cetus in excelſis te laudat celitus omnis. Et moꝛtalis homo. et cuncta creata ſimul

ſcz chriſto(puerile decus).i.pueroꝝ reuerentia.tibi occurrẽtiũ in introitu tuo in iheruſalem (pꝛomſit) id eſt decantauit ſeu pꝛomulgauit et in aperto dixit(pium oſanna) id eſt hoc verbum oſanna plenum pietatis Sonat eñ oſanna idem ꝙ obſecro.ſaluifica.vel ſanctifica ſcilz munduz in quo reperit̾ ſingulare officium pietatis ⁊ clemẽtie quod pueri a domino optauerunt nobis fieri ¶ Tunc ibi. Iſrael es tu. Laudatur hic chriſtus a meritis ꝓpꝛijs dicens ſic. O (benedicte rex) ieſu chriſte (tu es rex iſrael) ſcz populi iſraelitici (⁊ inclita pꝛoles) id ē clara ⁊ nobilis (dauidis) ſcz regis.vt patet ibi Liber generationis ⁊c. Dauidis legi debet media pꝛoducta.ita etiam habet menſura verſus.et hoc bene licet.quia ꝓpꝛia nomina etiam in medijs ſyllabis ponuntur ad placitum (qui venis) ſcz hodierna die in ciuitatem iheruſalem paſſurus pꝛo nobis miſeris pctõꝛibus(in nomine domini) id eſt in virtute dei patris ⁊c. Vel ſic poteſt exponi (Rex iſrael) id eſt rex populi celeſtis videntis deũ) dauidis ſcz dei patris(venis).i.deſcendis ſcz de ſinu dei patris in hunc mũdum.miſſus ab eodem patre ad redimendum nos ⁊c.

¶ Tunc ibi. (Cetus in excelſis) Hic refert autoꝛ quomodo dominus noſter ih̄s chꝛiſtus laudatur ab omnibꝰ creaturis.vt per hoc nos inducat et aminet ad laudandũ eundẽ dominũ ieſum xp̄m. Dicẽs(Omnis celicus cetus) id eſt celeſtis turba (laudet te) ſcilicz criſtum (in excelſis) id eſt in celis (Et moꝛtalis homo) id eſt coꝛruptibilis ſiue potens moꝛi (et cuncta creata).i. omnes relique creature(ſimul id eſt pariter laudant te. Et etiam hoc die cuius rei anima memoꝛia pꝛo nunc in eccleſia celebꝛatur ⁊c,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 101

¶ Tunc ibi. Plebs hebrea (hebrea plebs) .i. iudaicus populus (venit obuiā) .i. in occurſum (tibi) .ſ. venieti in ciuitatē iheruſalē (cū palmis) ꝛ ramis arboꝝ ad honorē tuū ſtratis in via (ecce) nos ſimilit̄ (aſſumus) id eſt pſentes ſumus (tibi cum prece) .i. orōne noſtra (voto) .i. deſide- rio ꝛ deuotiōe. ꝛ (hymnis) .i. canticis laudū . quaſi diceret nos ſimiliter hodierna die te chriſtum redemptorē noſtrū q̄ꝫtuꝫ in nobis eſt laudare vo- lum⁹ et effectualiter lau damus ¶ Tunc ibi.

Hi tibi. (Hi) ſc hebrei ſiue iudei (ſoluebāt) red debant et exhibebant (ti- bi paſſuro) q̇ pati adhuc debebas (munera) id ē debita (laudis) ſcꝫ reue rētie et honoris. pari for- ma (ecce nos pangim⁹) id eſt decantamus (tibi regnanti) modo in celis (melos) .i. dulce canticū laudis. ¶ Tunc ibi (Hi placuere.) O (pie rex) .i. benigne . et o cle- mens rex) .i. mitis et mi ſericors (cui cūcta bona placent) .i. queqꝫ officia laudis bona mente exhibita accepte ſitꝫ (noſtra deuotio) .i. ſupplex ora- tio ſiue famulat⁹ (placeat) .i. g̃ta ſit tibi. eo mō quo (hi) .ſ. hebrei (placu ere tibi) .i. placuerūt ꝑ ſuū obſequiū reuerentie quā tibi exhibuerunt. Sunt aūt adhuc multi alij verſus. ſed quia illi non cantantur in eccleſia ideo ſufficiant iſti pro preſeuti.

Plebs hebrea tibi cnm palmis ob- uiam venit Cum prece. voto hymnis aſſumus ecce tibi
Hi tibi paſſuro ſoluebāt munera lau dis Nos tibi regnanti · pangimus ec ce melos
Hi placuere tibi placeat deuotio no ſtra Rex pie rex clemēs cui bona cun cta placent

Salue feſta dies toto venerabi- lis euo Qua deus infernum vi cit et aſtra tenet

Salue) Iſtud ē dictamē ſuauiſſimū. in quo autor dirigit ſermo neꝫ ſuū ad diē paſche ſalutans ꝛ recōmendans illum de his que in ea acta ſunt . deducens quomodo oīa terrenaſcentia circa h̄ tempus ſanctum ꝯgratulentur domino reſurgenti in eodem die. quo- modo etiam nemora faueānt domino triumphanti de inferni victoria frondes ſcꝫ ꝛ gramina ꝓducendo. inſuꝑ laudent dn̄m meantem et am- bulantem ſupra aſtra creature diuerſe ꝛc. Exorditur itaqꝫ ſic. O (feſta dies) id ē celebris dies paſche (ſalue) id eſt ſis ſalutata (venerabilis) ho norabilis et celebrabilis (toto euo) id eſt ſemper et in perpetuum. Et ſubdit autor rationem dicens ſic. (Qua) ſcꝫ die (deus) id eſt dominus noſter iheſus chriſtus (vicit) id eſt ſuperauit glorioſe (infernum) id eſt tartarum ipſum. ſ. effringendo et patres ſanctos ſecum ex inferno ducē do (et tenet aſtra) id eſt habitat in celis. quia ipſe regnat in celis et domi natur aſtris. vbi nos venire ꝯcedat Amen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 101

¶ Tunc ibi (Ecce renaſcentis) Ecce gratia mūdi renaſcentis) .i. diſpoſitio bona ꝓductiua terrenaſcentiū iſtius mūdi inferioris. qm̄ illa ter renaſcentia poſt frigora quib⁹ perierūt denuo incipiūt pullulare creſcere reuiuiſcere (teſtat̄) teſtimoniū dat. ꝛ oſtendit omnia dona) .i. munera ſua.ſcꝫ gramina folia flores ꝛ fructus (rediſſe) .i.redijſſe ꝛ reſtituta eē cum ſuo dn̄o) qui ſub pilato ꝓcurantib⁹ iudeis crucifixus mortu⁹ et ſepult⁹ eſt. hac die redijſſe hoc ē reſurrexiſſe a mortuis perhibetur. Et ita vult autor dicere ꝙ ſicut dominus mortu⁹ hodie reſurrexit. ita ſil'r terrenaſcentia mortua ꝑ hyemem iam videntur renaſci et reſurgere. ꝛ ſic reſurrectioni dn̄ice cōgratulari. ſicut magis ſpecifice proſequitur infra.

Ecce renaſcentis teſtatur gratia mū di. Omnia cum domino dona rediſſe ſuo.

Namqꝫ triumphanti poſt triſtia tartara chriſto Undiqꝫ fronde nemus gramina flore fauent

Legibus inferni oppreſſis ſup aſtra meantem Laudant rite deum. lux po lus arua fretum

Qui crucifixus erat deus ecce ꝑ omnia regnat. Dantqꝫ creatori cūcta creata precem

¶ Tunc ibi. (Namqꝫ triūphanti (Naqꝫ) ꝓ qꝛ (gramina) herbe ſiue ter renaſcentia (fauent) id ē arrident ꝛ ꝯgaudēt (vndiqꝫ) .i. vbiqꝫ ſiue in omī tp̄e (flore) ſuo quē ꝓducunt. vel flore .i. florib⁹ ponendo ſingulare ꝓ plurali. ꝛ (nem⁹) .i. ſil ua fauet. ita ꝙ hic ſit hypozeugma. qꝛ hoc vbū fauēt in fine poſitū ꝯformat̄ poſteriori ntō.ſ.gramina (frōde) .i. frondib⁹ et folijs (criſto) ieſu (triūphāti) qui mō vt victor triumphat (poſt triſtia tartara) meſta ꝛ deſolata qꝛ iam per dominum noſtrum iheſum chriſtum effracta eſt et ſuperata. Itē nemus locū dicit arboribus multis ꝯſitum. ꝛ exponi p̄t nemus. id eſt arbores intelligendo contentum pro continente per metonomiam.
¶ Tunc ibi. Legib⁹ inferni) Iſte verſus ſeruit magis ꝓ die aſcenſionis domini. Et eſt ſententia talis (lux) id eſt claritas luminariū lucentium ſuper terram. vel id eſt pulcritudo aeris. iam exiſtens (polus) id ē celum ſeu curia celeſtis (arua) campi ꝛ prata (fretū mare et aque (laudant) .i. honorant ſuo felici ꝛ leto ſtatu gratulantia (rite) .i. legaliter ꝛ debite (deum) iheſum chriſtū (meantem) id ē ambulantem (ſuper aſtra) .i. orbes ꝛ loca aſtroꝝ. hoc eſt laudant chriſtum qui iaꝫ aſcendit ad celos et hoc dico (legib⁹) id eſt iurib⁹ (inferni oppreſſis) id eſt ꝯculcatis et ſup peditatis ꝛc. ¶ Tunc ibi Qui crucifixus (ecce deus) et homo. ſ. criſtus (qui erat crucifixus) id eſt cruci affixus ꝓ nobis (regnat) .i. dominatur iam (per om̄ia) .i. ſup om̄ia (qꝫ) pro et (cuncta creata) .i. oēs creature (dant) dicūt eidem crucifixo (creatori) ſuo (precem) laudem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 101

Expoſitio hymnorum

Eſu ſaluator ſeculi verbum pa
tris altiſſimi. lux lucis inuiſibi-
lis. cuſtos tuorum peruigil
Tu fabricator omnium diſcretor at-
qꝫ temporum. feſſa labore corpora no
ctis quiete recrea
Te deprecamur ſupplices. vt nos ab
hoſte liberes. ne valeat ſeducere tuo
redemptos ſanguine
Ut dum graui in corpore. breui ma-
nemus tempore ſic caro noſtra dormi
at vt mens ſoporem neſciat

Eſu ſaluator) Materia huius hymni eſt oratio ad iheſum vt corpora noſtra laboribꝰ diuturnis fatigata nocturna quiete ve-lit recreare ⁊ ab hoſte dyabolo nos defendere ⁊ liberare. ac ne ita caro dormiat ꝙ mens in ſoporem ꝑniciosum incidat. Primi duo v̾ſus legentur ſimul. Et ponit pl̾a attributa ieſu laudatiua ⁊ beniuolētie cap-tiua hoc mō. O (Jeſu) chriſte (ſaluator). i. redē-ptor (ſeculi). i. mūdi (ver-bum). i. filius (altiſſimi patris) ſcꝫ dei. Et iſta generatio difficulter ca-pi poteſt. qꝛ generationeꝫ eius quis enarrabit dicit Jſaias Jtē (lux inuiſibi-lis lucis) ſcꝫ productiua hoc eſt claritatis glorie celeſtis. que videri non poteſt carnalibus oculis ſed diuinis tm̄ et glorifi-catis. Uel (lux). i. filius (inuiſibilis lucis) ſcꝫ dei patris qui ſimiliter vide-ri nō pt̄ ab oculis carna-libꝰ Juxta illud. Nō vi-debit me hō ⁊ viuet Jtē (peruigil cuſtos). i. dili-gens obſeruator ⁊ tutor (tuoꝝ) ſcꝫ fidelium ¶ Tunc ibi. Tu fabricator (tu fabricator) id eſt creator (omniū) ſcꝫ rerum (atqꝫ diſcretor). i. diſtinctor ⁊ diſpoſitor (tem-poꝝ) ꝑ motū celi quē tu ſolus gubernas. tu (recrea). i. refoue ⁊ refocilla (corpora). ſ. noſtra (feſſa). i. fatigata (labore). ſ. diurno (quiete noctis) id eſt per dormitiōem nocturnā. vt ſcꝫ ſpūs depreſſi in nobis vigilantibꝰ ꝑ labores reparenẗ et reſtaurenẗ per ſomnum ¶ Tunc ibi (Te depre-camur) Jſta eſt principalis depc̄atio in hoc hymno. nos ſupplices) de-uoti tui (deprecamur) id eſt rogamus te. Et ſic illa prepoſitio de auget aliqn̄ ⁊ qn̄qꝫ diminuit. vt apud Ouidiū. Sepe precor mortem mortem quoqꝫ deprecor idem. id ē minime precor. immo vt mors nō veniat pre-cor (vt liberes nos ab hoſte). i. dyabolo (ne). i. vt nō ipſe (valeat). i. poſ-ſit aut ſufficiat (ſeducere). i. defraudare ⁊ illaqueare (redemptos). ſ. nos (tuo ſanguine) effuſo pro nobis tempore paſſionis tue. Etiā in finem q̄ ſequitur ordinatur dicta deprecatio ¶ Tunc ibi. Ut dum (vt dum) id eſt q̄ꝫdiu donec (manemus) ſumus et ꝑſeueramus (breui tp̄e) quo hic viuimus (Tempꝰ em̄ vite noſtre breue dicitur cōparatiue ad vitam celeſtem. quia mille anni nō ſunt momentū reſpectu vite celeſtis. vt di-cit pſalmiſta. Quoniā mille anni ante oculos tuos tanq̄ꝫ dies heſterna que periſt. et vix poteſt homo hodie centum attingere. quia in potenta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 101

tibus.id eſt in bene ꝯplexionatis octaginta anni ſunt.et amplius eoꝝ vita eſt labor ⁊ dolor(in graui corpore) quod mole carnis ſubiectū multis paſſionibꝰ et miſerijs grauatū redditur et impotens ad reſiſtendum hoſti dyabolo et torpidū ad ſeruiendum deo. Et hoc tangit phs primo methaphiſice dicēs ꝙ humana natura multipliciter eſt ancilla.vel(corpore graui) grauato mole criminum.Et ergo ne ſuccūbamus qualitercū‑qꝫ vł in miſerijs vel in criminibꝰ(caro noſtra) ſenſualitas (dormiat) id eſt quieſcat viuat ⁊ gerat ſe (ſic vt) ꝙ (mens).i.rō noſtra ſiue ſpiritus(neſciat ſoporem).i.pigriciam inordinatam ſomni.ex ꝗ redditur ipſa imbecillis ad operandū bona et leuanduꝫ ſe a ſordibus peccatoꝝ.quin ymo peruigil cuſtos ieſus chriſtus ſic caruem noſtram dormire permittat. vt anima nihilominꝰ agilis ⁊ vigilans permaneat ad ſibi ſeruiendum. et hoſti maligno fortiter per fugam peccatoꝝ reſiſtendum.

Erbuz patris principium. proles beata celitus(narrare queꝫ nemo valet) dimiſſus terris apparet Homo videris deitas manens quod apud patrem eras. omnipotēs inſpiceris.et cerneris hic mortalis

Erbū patris) Hymnus iſte in natiuitate dñi certis in locis canitur ad laudes. Cuius materia eſt. ꝙ deus filius a celo dimiſſus mō in terris apparuit hō factus ⁊ mortalis.manens nihilominꝰ deus ſicut erat apud patrē prius ꝙ̄ ab illo in terris mitteretur. Dicit ergo ſic (vbū patris).i.filiꝰ dei (principiū) vt in euāgelio dr Principiū ꝗ et loquor vobis.⁊ (beata proles) ſcꝫ marie vginis. Et ſic tangit hic duplex generatio.ſcꝫ diuina.qꝛ filius dei patris. et humana.qꝛ proles beate marie(quē) sͨ chriſtū dei filiū.⁊ ſic eſt relatio ad rem(nemo valet uarrare).i.plene exprimere. ꝯprehendere vel ſatis laudare (dimiſſus celitus) id eſt emiſſus de celo a deo patre (apparet) id eſt natꝰ eſt in(terris) de ꝗ gaudium venit vniuerſo mundo ¶ Tunc ibi. (Homo videris) Apoſtrophat autor ad deum filium dicens O(deitas).i. deus fili. ponēdo abſtractū pro ꝯcreto (tu videris).i. es factus(hō) ſcꝫ ꝓpter nos hoies ⁊ nr̄am ſalutē. Iſta dictio videris hic veritatē dicit ⁊ nō apparentiā(manēs) tñ id (qđ eras apud patreꝫ).i. manens deus ſicut fuiſti ab eterno apud patrē anteꝙ̄ deſcenderes noſtri cā in hūc mundū.⁊ tu (inſpiceris) a beatis lumine glorie(omīpotens).i. oīa potens.qui ſcꝫ in celis tui vultus viſione fruunť. Uel tu(inſpiceris)ad fidelibꝰ tuis lumine fidei(oipotens) rōne deitatis. que ad extra nō apparuit (⁊ cerneris).i. videris lumine oculoꝝ carnaliū (hic).i. in terris (mortalis).i. potens mori rōe humanitatis aſſumpte.in qua tu corporaliter viſus es cuꝫ hominibus ꝯuerſari ⁊ vna cū eis miſerias dolores penas et labores huius mundi ſuſtinere ac pati. vt fragilitatem humanaꝫ agnoſcens et expertus facilior eſſes ⁊ benignior ad miſerendū hominū imbecillitati atqꝫ ad eorum crimina miſericorditer indulgendum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 101

Nunc ibi. (In mariam vite viam) Iſte hymnus eſt de viſitatōne beate marie v̄ginis. et eſt materia ſumpta de euangelio illo. Exurgens autem maria. Luce p̄mo. cum extenſione aliqua iuxta merita et qualitates beate marie viſitātis ⁊ elyſabeth viſitate. ꝓut patebit ꝑ ſingulos verſus. et in vltimo verſu fit oratio ad mariam viſitantez Pro intrc ductiōe ſciendum eſt ꝙ angelus gabriel in annūciatione ad beataz mariam virginem ſignificauit eidem elyſabeth cognataz ſuam ſterilem impregnatam eſſe in ſexto menſe ⁊ ex illo mota ſtatim poſtq̄ꝫ maria ꝯſenſum dedit cōcepit abijt ad viſitandum elyſabeth p̄dictam vt habetur. Luce primo Unde viſitatio iſta ſtatim ſecuta eſt annūciationem. quare ab annunciatione repetenda principium facit autor in hoc hȳno dicens.

In mariam vite viam matrē veram viuentium. pie venit qui redemit peccata delinquentium

Greſſum cepit dum concepit. maria multum properans. viſitauit confortauit elyſabeth compatiens

Salutatur inflammatur elyſabeth ⁊ filius. inaudita fiunt ita de dono ſancti ſpiritus

Ille (qui redemit) id eſt deleuit (peccata delinquentiū) id ē peccantium hominū ſua morte in ligno crucis (venit) id eſt intrauit. ſ. cooperatione ſpiritusſancti (pie) id eſt de ſua pietate ⁊ gratuita ac volūtaria bonitate (in mariam) ſcꝫ virginem (viā vite) que ſcꝫ maria eſt via vite. quia mors intrauit in hunc mundū per euam. et vita ſcꝫ iheſus criſtus intrauit mūdum per mariam (veram matrem viuentium) ſcꝫ hominum. quibus ad ſe ꝯfugientibus pia mater. alitrix. adiutrix. et protectrix eſt. Poſt autem iſtum aduentum filij dei in beatam mariā factuꝫ eſt vt ſequitur Nunc ibi. Greſſum cepit (maria dum) id eſt poſtq̄ꝫ (concepit) id eſt in vtero recepit filium dei. ex tūc (cepit greſſum) id eſt incepit iter. Et ſic cepit venit a cepi verbo defectiuo. vel (cepit) id ē arripuit. ⁊ ſic venit ab hoc verbo capio. Cepi defectiuū cū oe dypthongo ſcribitur. cepi aūt a capio non. ſed ſm aliquos per ae (properās multum) id eſt valde feſtinans. quia cum feſtinatione vt dicit euangelium Luce p̄mo (viſitauit) et (confortauit elyſabeth ſcꝫ cognatam ſuam (compatiens) id eſt compatientiam habens ſcꝫ ſup laborib⁹ impregnationis.

Nunc ibi. (Salutatur imflammatur (Elyſabeth ſalutatur) ſcꝫ a beata maria (⁊ fili⁹). ſ. iohānes clauſus in vtero elyſabeth (inflammatur) q̄ꝛ exultauit infans ⁊c. vel etiam (inflammatur) quia per preſentiam domini in vtero beate marie ſanctificatur. et ſic (inaudita) id eſt ea que p̄us non ſunt audita (fiunt ita). i. taliter (de dono). i. gratia (ſancti ſpūs) videlicet ꝙ beata virgo maria ꝯceperit. ⁊ etiaꝫ ꝙ elyſabeth ſterilis ꝯceperit atq̄ꝫ impregnata fuerit. ⁊ ꝙ infans ſic exultauerit ad preſentiaꝫ domini ſui. Iſta inaudita proſequitur verſus ſequens.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 101

Tunc ibi. Impregnata Elyſabeth (ſterilis olim) .i. ꝑus non fructifera ꝓpter nimiam ſenectutē Olim tempus preteritū dicit. inuenit tm̄ ꝓ futuro Virgili⁹ Forſan ⁊ hec olim meminiſſe iuuabit Et ꝓ pn̄ti Uirgili⁹ At iam olim ſectas poſuit cū vinea frondes (impregnata) .i. feta ⁊ in vtero hn̄s effecta. ⁊ (grauidata) .i. grauida facta (fit mater) ſcilʒ

Impregnata grauidata fit mater
olim ſterilis infans datus nonduʒ natus exultat criſto iubilans.

Seruit maior. gaudet minor. maria
fert ſolatium viſitatis preparatis ad
ſpiritum propheticum

Precurſorem ⁊ doctorem maria manu indicat. qui rectorem purgatorem
digito mundi nunciat

Leua gregem. duc ad regem. maria
cunctos viſitans. vt ſaluetur ⁊ letetur
cum tuſis mater medians

Johānis baptiſte. ⁊ hoc eſt vnum inauditū (Infans datus) a deo ꝯtra naturalē ꝯditionem tp̄is quia in ſenectute (natus nondū) .i. adhuc non (exultat) geſtu et motu ſuo quē facit pn̄te dn̄o (iubilat xp̄o) filio dei ſil̄r exn̄ti in vtero ac nondū nato. ⁊ hoc eſt aliud inauditū de quo meminit verſus precedens. ¶ Tunc ibi Seruit maior. Iſte verſus tangit quomodo ſe habuerit beata v̾go tp̄e medio quo fuit cum elizabeth. et d̾t ſic (maior) ſcʒ maria mater dn̄i (ſeruit) elizabeth et zacharie iam grandeuis (minor) ſcʒ elyzabeth (gaudet) de aduentu domine ſue et ſic (maria fert ſolatiū) .i. dat ꝯſolationē (viſitatis) .ſ. elizabeth ⁊ zacharie. ⁊ (prepatis) .i. diſpoſitis (ad ſpiritū ꝓpheticū) quia elizabeth repleta ſpiritu ſancto ꝓphetauit dicens. Benedicta tu inter mulieres ⁊c. Et zacharias de poſt nato filio iohāne ſil̄r repletus ſpiritu ſcō ꝓphetauit dicens Benedictus dominus deus iſrahel ⁊c. ¶ Tunc ibi Precurſorem (Maria iudicat) .i. monſtrat (manu) ſua (precurſorem ⁊ doctorē) .ſ. iohannē adhuc in vtero manentē. qui fuit precurſor dn̄i qꝛ fuit vox clamātis in deſerto ⁊c. ⁊ docebat baptiſmū penitentie. Qʒ aūt maria ſic puerū manu ſua monſtrauerat euāgeliſta non dicit. ſʒ pie credi ⁊ elici poteſt ex circūſtantijs qui) precurſor ⁊ doctor iohānes baptiſta (nunciat) oſ̄dit et mōſtrat (digito) ſuo (rectorem ⁊ purgatorē mundi. ſcʒ dn̄m ihm̄ xp̄m dicens Ecce agnus dei ⁊c. vt habetur Johānis p̄mo Tunc ibi Leua gregem ⁊c. Aliqui libri hn̄t mina gregem .i. age Differunt minare ⁊ minari. qꝛ minare eſt agere gregem ſʒ minari eſt minas inferre. hoc dt̄m regit. illud vero accm̄. In hoc v̾ſu fit orō hoc mō. O maria viſitans cunctos. hoīes in ſuis tribulationibus ⁊ anguſtijs (leua) .i. erige recrea excita vel iuua (gregem) .i. ppl̄m tuū. Grex ꝓpie eſt multitudo ꝑuorū animaliū videlʒ ouiū ⁊ caprarū. Armentū ꝓprie eſt maiorꝫ animaliū puta

boū ⁊ ſimiliū. hic gregem trāſſumptiue ſumitur (duc ad regem) iheſuȝ xp̄m filium tuum (vt ſaluetᷣ et letetur) grex tuus vł deuoti famuli tui Rōnem ſubdit (cum) .i. quia (tu ſis mater medians) .i. mediatrix inter deum et hominē. quare merito id facies ex officio ſuo.

En gratulemur spiritu voti co
lentes debita hec feſta. que ſo
lemnibus martinus oꝛnat gaudijs
Tu ſupple chriſte quod minꝰ vis no
ſtra languens efficit. tu da quietos tē
poꝛum nobis dies pꝛeſentium
Martinus autē pꝛeuius fac vt ſit ho
ris omnibus. ne demonum fallacia.
pes noſter impactus ruat
Hic erma nobis celica inſtante pug
nat conferat. hoc pꝛeliante cominus
hoſtis fugetur noxius

En gratulemur. Ad honorē ſancti martini ep̄i dicitur hic hymnus In q̃ autoꝛ hortatᷣ nos ad congaudendū de feſtiuitate diei pn̄tis implorans auxiliū diuinuȝ et petens ab illo quieteȝ tempoꝝ. que vtiqȝ req̇ritur ad leticiā. vn̄ animus gaudens etatē facit floꝛidam. ⁊ ſp̄us triſtis exſiccat oſſa. Et debemꝰ ac ſolemus nos cōfoꝛmare tēpoꝛi. Tpe em̄ triſti et inquieto difficile eſt cuiq̄ȝ gaudere. ꝗ ⁊c. Deinde ibi. Martinus aūt vſqȝ in finē oꝛat autoꝛ ad dominū. vt beatus martinus poſſit nobis eſſe pꝛeſidio in diuerſis ꝑiculis. que per ſingulos verſus noiantur. Dicit pꝛimo ſic (En) .i. ecce nos (gratulemur) .i. letemur (ſpiritu) in animo ⁊ ſpiritualiter (colentes) .i. agētes (debita voti) .i. deſiderij noſtri. videlicȝ (hec feſta) que deſideramus feſtiue ꝑagere (que) feſta (martinus) ep̄s (oꝛnat ſolemnibꝰ gaudijs) .i. annuis ⁊ celebꝛibꝰ leticijs Et vt hoc votum ⁊ deſideriū noſtrū debite ꝯpleatur. ¶ Tunc ibi. Tu ſupple xp̄e O (chriſte tu ſupple) id (quod noſtra vis languens) .i. infirma ⁊ debilis (minus efficit) .i. efficere nō valet. Hoc eſt tu xp̄e ſuppleas nr̄m impfectū. vt eo potentius poſſimus hodie letari ⁊ gaudere. Efficere .i. ad finem vſqȝ facere. ſiue ꝑficere. Et (tu da nobis quietos dies) id ē trāquillos et pacificos (pꝛeſentiū tempoꝝ) vt eo inclinatioꝛes ſimus ex tpe ad gaudendū in hoc feſto. qꝛ tp̄s pꝛeſtat altera ⁊ altera ſapere. ⁊ tp̄s facit hoiem aliter ⁊ aliter ſe habere. ¶ Tunc ibi Martinus aūt Hic incipit autoꝛ oꝛare dn̄m. vt beatus martinꝰ nobis ſit auxilio. Et pmo ꝯtra demones dicens. (Autē) ꝓ ſed. o xp̄e (fac vt martinus ſit ꝑuius) .i. pꝛeceſſoꝛ nr̄ in (omnibꝰ hoꝛis) ſemꝑ (ne) pꝛo nō (vt pes noſter impactus) .i. nō bene ꝯpoſitus vel nō firmiter ſtās (non ruat) .i. nō cadat (fallatia) .i. ꝑ fallaciā (demonū) Hic eſt ſynodoche. qꝛ pars ſcȝ pes ponitᷣ pꝛo toto homine. ⁊ alio noīe vocatᷣ intellectio. Hoc eſt. ne nos decipiamur fallacia demonum. Impactus .i. non pactꝰ nomen ſit ratione cōpoſitionis

Impingo em̄ in ea significatōe non dr. ¶ Tunc ibi Hic arma nobis Ex alia metaphora ad idem tēdit iste ꝟsus sicut p̄cedēs. vn̄ (hic) martinus (ꝯferat nobis celica arma) scz bona opa (pugna) nr̄a (instante) .i. immi nente (noxius hostis) .i. dyabolꝰ hostis noster antiquus (fugetur) .i. ex pellat̄ (hoc) martino (preliante) .i. pugnāte (cominus) .i. ꝓpe nos ⁊ no biscū Uel pt poni comi nus pro eminus .i. ꝓcul t tū c determinabit hoc ꝟbum fugetur ¶ Tunc ibi. Hic nos) Hic petit autor auxiliū beati mar tini ꝯtra mundū ex me taphora nauigationis h̄ modo. scilz (Hic) mar tinus (gubernet nos ꝑ vndas) .i. ꝑ aquas. hoc est ꝑ oblectationes qui bus mergimur (seculi) .i. mūdi (prospera claua)

Hic nos per vndas seculi claua gu bernet prospera. ne forte nostraz spu mea puppim caribdis sorbeat. Hic nos triūpho nobiles et laureatos mi stice aptet tuis conspectibus cunctos supernis ciuibus Amen

Otiua cunctis orbita lucis triū phans gratia. qua scandit astra vernula maria xp̄i fulgida.

Claua est ꝓprie instru mentum in fine plumba tum. quo feritur pila. hic aūt ponit̄ pro fuste. quo dirigitur gubernaculum nauis. qd̄ potiꝰ ꝑ clauum significat̄. vn̄ Uirgi lius. Clauūqz ad littora torquent. Et ita (claua ꝓspera) .i. prospere diri gente in portū (ne forte spumea caribdis) .i. spumā multā in mari gene rans (sorbeat) .i. ꝯsumat vl' demergat (nostrā puppim) .i. nauim Carib dis ē periculū maris. qd̄ fit ex fluctuū ꝯcursu. vn̄ colliduntur ⁊ absorbētur queqz intercepta. vn̄ Ouidius. Ut vomit epotas dira caribdis aquas. et scribitur s̄m aliq̄s ꝑ ch. ⁊ ꝑ y grecū in penultima. Tunc ibi. Hic nos (hic) martinus (aptet) .i. optos ⁊ dignos faciat (tuis ꝯspectibꝰ) .i. aspecti bus (nos) hoies (nobiles) .i. claros (triūpho) .i. victoria aduersariorum nr̄oꝝ. s. carnis mūdi ⁊ deōnis (⁊ laureatos) .i. laurea ornatos (mistice) .s. ex bonis opibꝰ nr̄is (iunctos supnis ciuibꝰ) .i. celestibꝰ. qd̄ ē vltima nr̄a felicitas. Item triūphus est honor maximus. qui dari solet ducibꝰ ro manis cū victoria redeūtibꝰ. sz hic ꝓ ipsa victoria ponit̄ Laurea dr cono na qua poete coronabant̄ apollini sacrata. h̄ ꝟo pro quacūqz corona siue premio ꝟtutis ponitur Nobilis dr clarus quasi notus fulgore q̄dā vir tutū. vnꝰ Nobilis est ille quē nobilitat sua ꝟtus Et ad dignitatē gene ris interdū refert̄. vn̄ Salustiꝰ in Catilinario Nobili genere natus fuit.

Otiua cūctis. Hymnus iste de btā maria magdalena canit̄. Mate ria est ostendere sanctitatē qua maria magdalena triūphauit de h̄ mūdo ⁊ celū possidet. cū orōne ad eandem. ibi Te q̄sumus ⁊ glorificati one scē trinitatis. ibi Regi celoꝝ. Incipit autor a die transitꝰ marie ex hoc mūdo in celū. illam laudare hoc mō (Orbita) .i. reuolutio (lucis) .i. diei est (votiua) .i. desiderabilis (cunctis) hominibꝰ. in (qua) sc die

(maria)magdalena(fulgida ꝟnula xpi).i.famula fidelis ⁊ dilecta(ſcan dit aſtra).i.celos(triumphans).i.triũphum hñs ex(gratia).i.ex ſpeciali dono ſanctitatꝫ ſue a dño ſibi ꝯceſſu. q̃re meruit in celis coronari ⁊ cũ tri umpho recipi. Itẽ orbita ſignificat rotam vł viam rote. Inde exorbita re.i.a via recedere ⁊ errare.hic aũt ꝓ reuolutiõe ponit̃. De triũpho pa tet in hymno precedenti Verna .i. famulꝰ vel fa mula Inde vernaculus

Calcans beata luridam. ſeculi ruen tis machinam. ardore ſancti ſpiritus ignes ſubegit lubricus

Hec ſacras ihesu lachrymis plantas rigauit intimis. terſit capillis oſculãs vite tenebras expians.

Te queſumus gratiſſimam nobis de poſce veniã· celeſtis aule tinnulis quo perfruamur organis

Uernacula verba dicũ tur que nõ ſunt greca. ſʒ nobis ex latino familia ria. ¶ Nũc ibi Calcans beata. Narrat ſanctita tem marie magdalene.⁊ in qua illa ſteterit.vñ(be ata)maria(calcans) ſub pedibꝰ terens(luridam machinã).i. fetidã ⁊ im mundã vel ſqualidaʒ fa bricam. diſpõnem vel at tractionẽ.vel melius pe riculoſam ꝯuerſationeʒ (ſeculi ruentis).i.mũdi trãſeuntis ⁊ ꝑ euntis.qui nos ſuis oblectamẽtis allicit. et vna cũ ipſis in interiũ vadit(ſubegit).i.ſubiugauit.ſupp̃ſſit.⁊ extinxit(lubricos ignes) .i.malas ꝯcupiſcẽtias(ardore).i.igne gratie(ſancti ſpũs) quo erat reple ta et ꝯfortata ad reſiſtendũ carnis ꝯcupiſcentijs et mundi delectationi bus illicitis. Luridus.i.ſqualidus ſiue marcidus ⁊ tabidus. Dĩt labi lis ⁊ lubricus. vñꝰ Labilis eſt fluuius dicatur lubricus anguis. qꝛ cadit dum tenetur. ¶ Tunc ibi Hec ſacras Hic ponit autor obſequium illud qđ fecit maria dño ihesu. vnde obtinuit ſuoꝝ pctõꝝ indulgentiã(Hec) maria(rigauit).i.humectauit vł lauit(ſacras plantas).i.ſanctos pedes (ihesu.intimis lachrimis).i.ex intimis precordijs venientibꝰ ⁊ effuſis. et(terſit).i.exſiccauit(capillis)capitꝫ ſui(oſculans)eaſdẽ plantas et ꝑ hoc(expians).i.expurgans in ſeipſa(tenebras vite).i.peccata.quibꝰ mul tiplr̃ erat grauata Hyſtoria habetur in euangelio. Rogabat ihm ⁊c. Luce.vij. Plante dicunt̃ arbores ſeminate ſiue primũ ſate vł noue her be ad trãſferendũ apte.hic aũt pro pedibꝰ ponũtur ¶ Nũc ibi. Te q̃ſu mus Hic facit autor orõem ad mariam magdalenã dicens. Nos(que ſumus).i.rogamꝰ(te gratiſſimã).i.acceptiſſimã nobis(depoſce).i.vt depoſcas(nobis veniã).i. amiciciã dei ac gratiaʒ.vel veniã.i.remiſſionẽ peccatorũ noſtrorũ(quo).i.vt(ꝑfruamur tinnulis organis).i. ſonoris inſtrumẽtis muſicis(celeſtis aule).i.regni celoꝝ Itẽ tinnio is ere ẽ ver bum factũ a ſono.vt es aut cymbalũ tinniens dicitur Inde tinnulus a um adiectiuum.i.tali modo ſonum faciẽs Et tintinnabulum,i.parua nola vel campanula tinniens de ere vel ſtanno facta.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 101

¶ Tunc ibi (Regi celoꝝ) Hic glorificatᷣ beata trinitas (gloria) id eſt ho nor ſit (regi celorū) ſcȝ deo patri (eiuſqȝ ſoli filio) .i. vnico ieſu chriſto. cū ſpū paraclito in ſempiterna ſecula id eſt ſemper Amen
M martyris. Ad diem ſancti Laurentij ſpectat ille hymnus cꝰ ma teria eſt ꝙ beatus laurentius fide armatus mortez eternam morte ſua tpali ſuperauit cui volūtarie ſeſe impendit. Quā etiā mortē futurā eidem ſixtus papa cruci affixus predixit ſub forma verboꝛuȝ que hic ponitᷣ. ibi (Deſiſte) et ita vt predixerat ſixtꝰ euenit beato laurētio vt ſequitᷣ in littera. Finalitᷣ addi ſolet verſus cōis de gloꝛificatione ſancte trinitatis. Primus verſus ſic cōſtruitᷣ. (En) .i. ecce (fides armata .i. bene radicata ⁊ ꝯfirmata ꝑ gratiam dei (laurentij martyris) .i. teſtis xp̄i ꝑ paſſionē ſuā (pugnauit) ſcilȝ ꝯtra hereticā prauitatez et per talem pugnam fecit qḋ ſequitᷣ (nā) ꝓ quia

Regi celorum gloria eiuſqȝ ſoli filio. cum ſpiritu paraclito in ſempiterna ſecula Amen

En martyris laurētij armata pugnauit fides. nā morte mortem diruit: ac ſemet impendit ſibi

Fore hoc ſacerdos dixerat iam ſixtꝰ affixus cruci. laurentium flentem videns crucis ſub ipſo ſtipite

Deſiſte deceſſu meo fletum dolenter fundere: precedo frater tu quoqȝ poſt hoc ſequeris triduum

(diruit) .i. deſtruxit ſupauit (mortē) eternā (morte) ſua tpali (ac impendit) .i. volūtarie dedit (ſibi) .ſ. morti tpali (ſemet) .i. ſemetipm̄. Impendere tercie ꝯiugatōis ē dare. offerre. vel ad expenſas agendas imponere Inde impenſa .i. talis ꝯtributio. Sȝ impendere ſcđe ꝯiugationis eſt imminere ⁊ ꝓpe pendere quaſi ſtatim caſurū. ita gladius impendet capiti ita impendēt pericula .i. imminēt. Tūc ibi (Fore hoc (Sixtus ſacerdos) papa ꝗ laurentiū ſibi in miniſtrū ⁊ leuitam aſſociauit (affixus iam cruci. dixerat hoc fore) .i. futurū eſſe. vt ſcȝ etiam paterecᷣ mortē (videns laurentiū flentez ſub ipſo ſtipite crucis) qḋ erat ſignū excellentis inter ſe mutui amoris Vnde cū beatus ſixtus ducerecᷣ ad crucē beatꝰ laurentiꝰ dixit. Quo ꝓgrederis ſine filio pater. ꝗ ſacerdos ſancte ſine miniſtro ⁊cᷣ Tunc reſpondit btūs ſixtus. Non ego te deſero fili ſed maiora tibi debentᷣ ꝓ fide criſti certamina ⁊c. poſt triduū me ſeq̄ris ſacerdotem leuita ¶ Tunc ibi. (Deſiſte) Uerba ſixti ſunt. O (frater) laurenti. Fratres dicuntᷣ qui de vno collegio ſunt. ita laurentius frater ſixti fuit. qꝛ eidem aſſociatꝰ fuit ad curā dn̄ici gregis (deſiſte) .i. ceſſa (fundere fletū) lachrymas (dolenter) cū triſticia. ſup vel de (meo deceſſu) .i. morte ſeu migratione ab hac luce. Item dn̄t diſcedere et decedere. Naȝ diſcedere eſt a loco recedere. ſed decedere .i. mori. licet etiā diſcedere inueniatᷣ pro mori

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 101

et hoc improprie. ego (p̄cedo) id eſt prius patior mortem (tu quoqꝫ ſeq̄ris) ſcꝫ in futuro (poſt hoc triduū) id eſt poſt hoc tres dies. Interim beatus laurentius diſpenſauit de theſauris eccleſie quos ſixtus eidem cōmiſerat diſpenſandos. Triduum biduum quadriduū decendium ⁊c̄ cum numero dies dicunt

Extrema vox. epiſcopi prenūciatrix glorie. nihil fefellit. nam dies predicta palmam preſtitit

Anſcendat vſqꝫ ſidera celiqꝫ pulſet intima vox. atqꝫ cantus omnium te deum collaudantium

Adeſt namqꝫ feſtiuitas et dies venerabilis. in qua celum pro meritis laurentius ingreſſus eſt

¶Tunc ibi (Extrema vox) Et predicta (extrema vox) id eſt vltimum verbum (epiſcopi ſcꝫ ſixti pape. ſupple deſiſte ⁊c̄ (prenunciatrix) id eſt predictrix (glorie) id eſt premij celeſtis (nichil fefellit) id eſt mentita eſt (nam pro quia (predicta dies) ſcꝫ que erat poſt triduum (preſtitit palmam) id eſt dedit victoriam. Tunc etiā laurentius cōprehendebatur et agebatur cuꝫ eo vt in hiſtoria clarius habetur Palma ſepe ponitur pro manu. Inde palmula.i. extrema pars remi. quia ad modum palme ſiue manus humane formata eſt. et ꝓ ipſo remo ponitur. Palma etiam dicitur ramus ſiue arbor quedā. qua victores ſolent honorari. ⁊ inde eſt ꝙ pro victoria ponitur. Ille verſus aūt Deo patri ⁊c. ꝯmunis eſt. ⁊ ergo nō ponitur hic

